Od. XL. Comp. cum dulcissimo h. odario, quod haud scio an ex pulcerrimis sit Teivatis carminibus, Epigr. 31. (Lib. I. Anthol. lat. Burm.) Modestini, quod de Medenbach l. c. pag. 135. emendare studuit; Ramlér. Lyr. Blumenl. Lib. I. carm. 30. 4, 25.; inprimis Theocrit. Id. 18. Docte et eleganter hanc comparationem instituit nuper cl. Lindner in prolusione: *Vergleichung zweoer ähnlicher Stellen* etc. Arnstadii 1773. Mira est in Anacreontico suavitas, blanda mollities et pulcritudo quaedam naturalis, quam exprimere Sículus pastor non potuisse videatur. Co-

'Ουκ εἶδεν, ἀλλ' ἐτρώθη  
 Τὸν δάκτυλον. Πατάξας  
 5 Τὰς χεῖρας, ὠλόλυξε.  
 Δραμῶν δὲ καὶ πετασθεῖς  
 Πρὸς τὴν καλὴν Κυθήρην,  
 'Ολωλα, μάτερ, εἶπεν,  
 'Ολωλα, κάποθνήσκω.  
 10 'Οφίς μ' ἐτύψε μικρὸς,  
 Πτερωτὸς, ὃν καλοῦσι  
 Μέλιτταν οἱ γεωργοί.

A

riosius de hac re Ill. Harles ad Anth. gr.  
 poet. pag. 36.

4. πατάξας] sic Brunck poetam scripsisse  
 suspicatur, et primus h. v. in textum rece-  
 pit. Praeclare et elegans coniectura, quae  
 ingenium pueruli ab apicula in digitulo pun-  
 cti, et prae acri dolore manus complodentis  
 adprime et graphice significat. Praeter ea  
 quoque haec emendatio, quam quidem antea  
 mihi displicuisse ingenue fateor, quodam mo-  
 do stabilitur Theocriteis ἐφύσση et ταν γαν  
 ἐπατάξε, quae ex Anacr. fere expressa vi-  
 dentur. Dorville ad Charit. pag. 296. e Cod.  
 Vat. adfert παταχθεῖς, quae lectio non con-  
 temnenda bonum sensum efficit. Vulgo δε  
 δαχθεῖς.

Ἄ δ' εἶπεν· εἰ τὸ κέντρον  
 Πονεῖ τὸ τᾶς μελίττας,  
 Πόσον, δοκεῖς, πονοῦσιν,  
 Ἔρως, ὅσους σὺ βάλλεις;

XLI. Ἐἰς συμπόσιον.

Ἰλαροὶ πίωμεν οἶνον,  
 Ἀναμέλψομεν δὲ Βάκχον,  
 Τὸν ἐφευρετὰν χορείας,  
 Τὸν ὅλας ποθοῦντα μολπᾶς,  
 Τὸν ὀμότροπον Ἔρωτι,  
 Τὸν ἐρώμενον Κυθήρης·  
 Δι' ὃν ἡ Μέθη λοχεύθη,  
 Δι' ὃν ἡ Χάρις ἐτέχθη,  
 Δι' ὃν ἀμπαύεται Λύπα,  
 Δι' ὃν ἐυνάζετ' Ἀνία.

Od. XLI. Comp. cum suavi h. carmine,  
 animi calorem et hilaritatem spirante, Pro-  
 pert. 3, 15. Tibull. 3, 6. Hagedorn carmm.  
 Lib. 5. das Gesellschaftliche; Bürgeri ve-  
 nuft. carmen pag 51. Herr Bacchus; Weiße  
 scherzhafte Lieder Lib. I. der Sieg über sich  
 selbst, et die Gesellschaft.

9. 10. conf. Tibull. I, 2. init. ibique  
 Brouckh, qui more suo nubem locorum si.

D

Τὸ μὲν οὖν πόμα κερασθὲν

Ἄπαλοι φέρουσι παῖδες·

Τὸ δ' ἄχος πέφευγε μιχθὲν

Ἄνεμοτρόφῳ θυέλλῃ.

15

Τὸ μὲν οὖν πόμα λάβωμεν,

Τὰς δὲ φροντίδας μεθῶμεν.

Τί γάρ ἐσί σοι τὸ κέρδος

Ἄδυνωμένῳ μερίμναις;

Πόθεν οἶδαμεν τὸ μέλλον;

20

Ὁ βίος βροτοῖς ἄδηλος.

Μεθύων θέλω χορεύειν,

Μεμυρισμένος δὲ παίζειν

— — —  
Μετὰ καὶ καλῶν γυναικῶν.

Μέ-

milium adfert; 8, 41. (vbi de Medenbach l. c. corrigit *compede vindicta*) 43.

14. ἀνεμοτρόφῳ] est ex emendatione Salmasii, quae et cel. Fischer probatur. Vulg. ἀνεμοτροπῶ.

18. ἄδυνωμένῳ] hanc Aem. Porti correctionem, quam etiam Barnesius sequutus est, Brunck iure recepit. Vulgarem lectionem ἄδυρωμένῳ stare non posse, eleganter iam docuit cel. Fischer.

22. inter hunc et v. 23. per liberariorum incuriam haud dubie versus excidit, quod ex καὶ v. 23. adparere videtur. Hoc significaturus Ill. Brunck puncta interposuit.



25  
 Μελέτω δὲ τοῖς θελοῦσιν,  
 Ὅσον ἐστὶν ἐν μερίμναις.  
 Ἰλαροὶ πίνωμεν οἶνον,  
 Ἀναμέλφομεν δὲ Βάκχον.

## XLII. Ἐἰς ἑαυτόν.

7 5  
 Ποθέω μὲν Διονύσου  
 Φιλοπαίγμονος χορείας·  
 Φιλέω δ' ὅταν ἐφίβου  
 Μετὰ συμπότου λυρίζω.  
 Στεφανίσκους δ' ὑακίνθων  
 Κροτάφοισιν ἀμφιπλέξας,  
 Μετὰ παρθένων ἀθύρειν  
 Φιλέω μάλισα πάντων.  
 Φθόνον οὐκ οἶδ' ἐμὸν ἦτορ,  
 Φθόνον οὐκ οἶδα δαίκτην.  
 Φιλολοιδόροιο γλώττης  
 Φεύγω βέλεμνα κωφά.  
 Στυγέω μάχας παροίνους  
 Πολυκώμους κατὰ δαίτας,  
 15  
 Νεοθηλέσ' ἅμα κούραις,  
 Ὑπὸ βαρβίτῳ χορεύων,  
 Βίον ἤσυχον φέρωμεν.

D 2

XLIII.

Od. XLII, 12. κωφα] sic pro vulg. κω-  
 φα legendum esse, Valckenaer ad Ammon.  
 pag. 133. eleganter et copiose probavit.

## XLIII. Ἐἰς τέττιγα.

Μακαρίζομέν σε, τέττιξ,  
 Ὅτε δεινδρέων ἐπ' ἄκρων  
 Ὀλίγην δρόσον πεπωκώς,  
 Βασιλεὺς ὅπως, αἰεΐδεις.  
 5 Σὰ γὰρ ἔσι κείνα πάντα,  
 Χ' ὅποσα βλέπεις ἐν αἰγροῖς,  
 Χ' ὅποσα φέρουσιν ὕλαι.  
 Σὺ δὲ φίλιος γεωργῶν,  
 Ἀπὸ μηδενός τι βλάπτων.  
 10 Σὺ δὲ τίμιος βροτοῖσι,  
 Θέρεος γλυκὺς προφήτης.  
 Φιλέουσι μὲν σε Μοῦσαι,

Od. XLIII. Dulcissimi huius odarii venustates, fusius exponere studui libello *über die Philosoph. des A.* pag. 45. seqq. Nec comparare poeniteat Meleagri epigr. in *Analectt. Brunck. Tom. I. pag. 32. et 46. elegantiss. Fr. Schmit Carmm. pag. 184. et Sarbieuui od. 23. Lib. 4.*

7. ὕλαι] sic Brunck ex Cod. Vatic. pro vulg. ὠραι, quod tamen mihi magis arridet, restituit.

8. φίλιος] debetur elegans haec emendatio, quae nec sensui nec metro repugnat, d' Arnaud animadd, pag. 45. Vulg. Φιλία.

Φιλέει δὲ Φοῖβος αὐτὸς,  
 Λιγυρὴν δ' ἔδωκεν οἴμην.  
 Τὸ δὲ γῆρας σὺ σε τείρει,  
 Σοφὲ, γηγενῆς, Φίλυμνε,  
 Ἄπαθῆς, ἀναιμόσαρκε,  
 Σχεδὸν εἴ θεοῖς ὅμοιος.

XLIV. Ἐἰς τὸ ἑαυτοῦ ὄνειρον.

Ἐδόκουν ὄναρ τροχάζειν,  
 Πτέρυγας φέρων ἐπ' ὤμων·  
 Ὁ δ' Ἔρως ἔχων μόλυβδον  
 Περὶ τοῖς καλοῖς ποδίσκοις  
 Ἐδίωκε καὶ κίχανε.  
 Τί θέλει τὸδ' ὄναρ εἶναι;  
 Δοκέω δ' ἔγωγε πολλοῖς  
 Ἐν Ἐρῳσί με πλακέντα  
 Διολισθανεῖν ἐν ἄλλοις,  
 Ἐνὶ τῷδε συνδεθῆναι.

XLV. Ἐἰς τὰ τοῦ Ἐρωτος βέλη.

Ὁ ἀνὴρ ὁ τῆς Κυθήρης  
 Παρὰ Λημνίαις καμίνοις  
 Τὰ βέλη τὰ τῶν Ἐράτων  
 Ἐποίει, λαβῶν σίδηρον.

D 3

Ἄκί-

17. lectio H. Stephani Thef. Gr. L. ἀνεμῶ  
 αἰσαρκε elegantior reique aptior videtur.

- 5 Ἀκίδας δ' ἔβαπτε Κύπρις,  
 Μέλι τὸ γλυκὺ λαβοῦσα.  
 Ὁ δ' Ἔρως χολὴν ἔμισγεν.  
 Ὁ δ' Ἄρης ποτ' ἐξ αὐτῆς  
 Στιβαρὸν δόρυ κραδαίνων  
 10 Βέλος ἠυτέλις Ἔρωτος.  
 Ὁ δ' Ἔρως, τὸδ' ἔσιν, εἶπε,  
 Βαρὺ· πειράσας νοήσεις.  
 Ἔλαβεν βέλεμνον Ἄρης,  
 Ὑπεμειδίασε Κύπρις.  
 15 Ὁ δ' Ἄρης ἀνασενάξας,  
 Βαρὺ, φησὶν ἄρον αὐτό.  
 Ὁ δ' Ἔρως, ἔχ' αὐτὸ, φησί.

## XLVI. Ἐἰς Ἔρωτα.

Χαλεπὸν τὸ μὴ φιλῆσαι·  
 Χαλεπὸν δὲ καὶ φιλῆσαι·  
 Χαλεπώτερον δὲ πάντων  
 Ἀποτυγχάνειν φιλοῦντα.

Γένος

Od. XLVI. Compar. Horat. 3, 16. in  
 primis 24. Ouid. Amorr. 1, 10. 2, 5. init.  
 Art. am. Lib. 2. v. 270. sqq. Propert. 3, 12.  
 Tibull. 1, 9. 2, 4. Straton. epigr. 15. *Bür-*  
*ger* pag 106. et 167. *Weisse* scherzhafte  
 Lied. Lib. 3. Cap. 1. et *Hölty* dulciff. et mol-  
 liff. carm. *die Seligkeit der Liebenden.*

Γένος, οὐδὲν εἰς Ἔρωτα  
 Σοφίη, τρόπος πατεῖται  
 Μόνον ἄργυρον βλέπουσιν.  
 Ἄπολοιτο πρῶτος αὐτός,  
 Ὁ τὸν ἄργυρον φιλήσας.  
 Διὰ τοῦτον οὐκ ἀδελφός,  
 Διὰ τοῦτον οὐ τοκῆες.  
 Πόλεμοι, Φόνοι δι' αὐτόν.  
 Τὸ δὲ χειρὸν, ὀλλύμεσθαι  
 Διὰ τοῦτον οἱ φιλοῦντες.

### XLVII. Ἐἰς γέροντα.

Φιλῶ γέροντα τερπνόν,  
 Φιλῶ νέον χορευτάν.  
 Γέρων δ' ὅταν χορεύῃ,  
 Τρίχας γέρων μὲν ἔσι,  
 Τὰς δὲ φρένας νεάζει.

### XLVIII. Πρὸς ζωγράφον.

Ἄγε, ζωγράφων ἄρισε,  
 Λυρικῆς ἄκουε Μούσης,  
 Φιλοπαιγμονός τε Βάκχου

D 4

Ἔτε.

8. conf. Tibull. 2, 4, 27.

10. sc. ἡμῖν ἔσι i. e. argentum magis curamus, quam fratres atque parentes; sic quoque cel. Stroth explicuit.

Ἐτεροπνόους ἑναύλους,  
 5 Γράφε τὰς πόλεις τοπρῶτον  
 Ἰλαράς τε καὶ γελώσας·  
 Ὁ δὲ κηρὸς εἰ δύναιτο,  
 Γράφε καὶ νόμους φιλούσας.

## XLIX. Ἐἰς Διόνυσον.

Ὁ τὸν ἐν πόνοις ἀτειρῆ  
 Νέον, ἐν πόθοις ἀταρβῆ,  
 Καλὸν ἐν πότοις χορευτὴν,  
 Τελέων θεὸς κατῆλθεν,  
 5 Ἀπαλὸν βροτοῖσι φίλτρον,  
 Πότον ἄσονον κομίζων,  
 Γόνον ἀμπέλου, τὸν οἶνον,  
 Πεπεδημένον ὀπώραις  
 Ἐπὶ κλημάτων φυλάττων,  
 10 Ἴν', ὅταν τάμωσι βότρυν,  
 Ἄνοσοι μένωσι πάντες,  
 Ἄνοσοι δέμας θεητὸν,

Ἄνο-

Od. XLIX. Cum eleg. hoc odario, quo  
 poeta vindemiae laudes celebrasse videtur,  
 (quem Anacreontem esse viri quidam do-  
 cti dubitant) comp. in primis summi Vzii  
 carmm. Lib. I. *die Weinlese*, et suavissimi  
 nostri Krauseneck carm. pag. 199. *Lied eines  
 Winzers.*

Ἄνοσοι γλυκύν τε θυμὸν,  
Ἔς ἔτους φανέντος ἄλλου.

L. Ἐἰς δίσκον ἔχοντα Ἀφροδίτην.

Ἄρα τις τόρευσε πόντον,  
Ἄρα τις μανεῖσα τέχνη  
Ἄνέχευε κῦμα δίσκῳ,  
Ἐπὶ νῶτα τῆς θαλάσσης;  
Ἄρα τις ὑπὲρ θαλάσσαν

D 5

Ἄπα-

14. sc. ὥραν vsque ad proximum auctum-  
num, bis zur kommenden Lese.

Od. L. De vario modo, quo veteres ar-  
tifices Venerem finxerunt, conf. in primis  
doctissime et copiose disputantem Ill. Hey-  
ne in antiquarischen Aufsätzen P. I. p. 115.  
sq. praesertim pag. 126. vbi de *Venere Ana-*  
*dyomene* nobili opere Apellis exposuit. Ce-  
terum idem vir doctiss. hoc odarion a re-  
centiore quodam poeta confectum esse su-  
spicatur l. c. P. II. pag. 134. Admirabilis  
effigies Veneris marinae exstat in Antich.  
d' Ercolano. Vol. IV. Denique compar. He-  
siod. Theog. v. 190. seqq.

5. ὑπὲρ θαλ. nisi vera est lectio, certe  
vulgari ὑπὲρθε λευκῶν praeferenda.

- Ἄπαλάν χάραξε Κύπριν,  
 Νόος ἐς θεοὺς ἀερθεῖς,  
 Μακάρων φύσιος ἀρχάν;  
 Ὁ δὲ νιν ἔδειξε γυμνάν,  
 10 Ὅσα μὴ θέμις δ' ὄρασθαι,  
 Μόνα κῦμασιν καλύπτει.  
 Ἀλαλημένη δ' ἐπ' αὐτὰ  
 Βρίον ὡς ὑπερθε λευκὸν  
 Ἄπαλοχρόους γαλήνας,  
 15 Δέμας εἰς πλόον φέρουσα,  
 Ῥόδιον πάροιδεν ἔλκει.  
 Ῥοδέων δ' ὑπερθε μαζῶν,  
 Ἄπαλῆς ἐνερθε δειρῆς  
 Μέγα κῦμα πρῶτα τέμνει.  
 20 Μέσον αὐλακος δὲ Κύπρις,

Κρί-

8. comp. Lucret. Lib. I. init.

12. Vulg. ἐπ' ἀκτὰ, quod utique sensum  
 facilem et commodum reddit. Si ἐπ' αὐ-  
 τα, acceperis, tunc ἐπι ad verb. ἀλαλημ.  
 quod mihi probatur. vel ad praeced. κῦμα  
 referendum et ordo orationis sic constituen-  
 dus erit: αὐτα δε (Κυπρις) ἐπαλαλ. vel ἐπι  
 (κῦμα) ὑπερθε ἀπαλοχ. γαλ. ὡς βρυον λευ-  
 κον. Versf. 14. etiam legi possit ἀπαλοχρῶον,  
 quod optime coniungatur cum molli ac te-  
 nera cute (δεμας) Veneris, vt fecit inter-  
 pres Lipfienfis.



Κρίνον ὡς ἴοις ἐλιχθὲν  
 Διαφαίνεται γαλήνας.  
 Ὑπὲρ ἀργύρῳ δ' ὀχοῦνται  
 Ἐπὶ δελφίσι χορευταῖς  
 25 Δολερὸν νόον μερόπων  
 Ἔρος, Ἰμερος, γελῶντες.  
 Χορὸς ἰχθύων δὲ κυρτὸς  
 Ἐπὶ κυμάτων κυβισῶν  
 Παφίης τὸ σῶμα παίζει,  
 30 Ἴνα νήχεται γελῶσα.

LI. Ἐπιλήνιος ᾠδή.

Τὸν μελανόχρωτα βότρυν  
 Ταλάροισ φέρουσι ἄνδρες  
 Μετὰ παρθένων ἐπ' ὤμων.  
 Κατὰ ληνὸν δὲ βαλόντες  
 5 Μόνον ἄρσενες πατοῦσι  
 Σταφυλὴν, λύοντες οἶνον,

Μέγα

25. Vulg. μ' ἔρωντων i. e. μη ἔρωντων, ut Baxter more suo male correxit.

Od. LI. Initium huius odarii, cuius auctorem esse Anacreontem valde dubito, perisse videtur. Consentunt Ill. Brunck Anall. ad h. l. doctiff. censor Ephemeridd. litt. Götting. 1779. p. 14. et cel. Fischer. Comp. Homer. Iliad. 6, 567. sqq.

- Μέγα τὸν θεὸν κροτοῦντες  
 Ἐπιληνίοισιν ὕμνοις,  
 Ἐρατὸν πίθοις ὀρᾶντες  
 10 Νέον ἐς ζέοντα Βάκχον,  
 Ὄν ὅταν πῆ γεραιὸς,  
 Τρομεροῖς ποσὶν χορεύει  
 Πολιάς τρίχας τινάσσων·  
 Ὁ δὲ παρθένον λοχήσας  
 15 Ἐρατὸς νέος μεθύσθεις,  
 Ἀπαλὸν δέμας χυθεῖσαν  
 Σκιερῶν ὑπερθε φύλλων,  
 Βεβαρημένην ἐς ὕπνον,  
 Ἐς ἔρωτ' ἄωρα θέλγει,  
 20 Προδότιν γάμων γενέσθαι·  
 Ὁ δὲ μὴ λόγοισι πείθων  
 Τότε μὴ θέλουσιν ἄγχει.  
 Μετὰ γὰρ νέων ὁ Βάκχος  
 Μεθύων ἄτακτα παίζει.

## LII. Ἐἰς ῥόδον.

Στεφανηφόρου μετ' Ἡρώς  
 Μέλπομαι ῥόδον τέρεινον·

Σὺν

15. Vulg. ἐλυσθεις. Sed μεθύσθεις, quod est ex emendatione H. Stephani et vers. ultimo stabilitur, haud dubie melius est.

Od. LII. In suavi hac ode poetam cum amica alternis canere *Daciera* suspicatur,

Σὺν ἑταίρῳ δεῖ μέλπειν.  
 Τόδε γὰρ θεῶν ἄημα,  
 5 Τόδε καὶ βροτῶν χάρημα,  
 Χάρισιν τ' ἄγαλμ' ἐν ὥραις  
 Πολυανθέων ἑρώτων,  
 Ἄφροδίσιόν τ' ἄδυρμα.  
 Τόδε καὶ μέλημα μύθοις,  
 10 Χαρίεν φυτόν τε Μουσῶν.  
 Γλυκὺ καὶ ποιοῦντι πείραν  
 Ἐν ἀκανθίναις ἀταρποῖς.  
 Γλυκὺ δ' αὖ λαβόντι θάλπειν

Μαλα.

quae coniectura non contemnenda mihi quidem videtur. Comp. Raml. Lyr. Blumenl. Lib. 2. pag. 122. et Sum. *Vxii* carmm. Lib. 3. *die Rose*.

3. sic Brunck ex correctione Salmasii mendose scripta ἑτερειῶς δεῖ μ., quae in eius schedis inueniebatur, ingeniose et eleganter reposuit. Haec lectio maxime convenit carmini, quo alternis canentes inducuntur. Vulg. συνεταῖροι, ἀύξοι μ.

5. Vulg. το χάρημα. Sed ad vitandam articuli iterationem et ob incundam verborum παραχρησιν, quam poeta amasse videtur, Salmas. probante Ill. Brunck emendavit, deleto articulo, χάρημα.

- Μαλακαῖσι χερσὶ, κούφως  
 15 Προσάγοντ' Ἔρωτος ἄνθος.  
 Ὡς τὸ φῶς τὸδ' αὐτὸ τερπνὸν  
 Θαλίαις τε καὶ τραπέζαις,  
 Διονυσίαις θ' ἑορταῖς.  
 Τί δ' ἄνευ ῥόδου γένοιτ' ἄν;  
 20 Ῥοδοδάκτυλος μὲν Ἥως,  
 Ῥοδόπηχέες δὲ Νύμφαι·  
 Ῥοδόχρους δὲ κ' Ἀφροδίτα  
 Παρὰ τῶν σοφῶν καλεῖται.  
 Τόδε καὶ νόσοισιν ἀρκεῖ,  
 25 Τόδε καὶ νεκροῖς ἀμύνει,  
 Τόδε καὶ χρόνον βιάται·  
 Χαρίεν ῥόδων δὲ γῆρας  
 Νεότητος ἔσχεν ὁδμήν.  
 Φέρε δὴ φύσιν λέγωμεν.  
 30 Χαροπῆς ὅτ' ἐκ θαλάσσης  
 Δεδροσωμένην Κυθήρην

'Ελό-

16. Vulg. τῷ σοφῷ. Elegans haec correxit o, qua quidem vix dignum est hoc carmen, debetur ingenio de *Medenbach*, qui v. 14. κεραις et 15. προσάγειντ' minus bene legere cupit.

29. φύσιν recte exhibent membr. Vulg. φύην hic locum non habet. Ceterum aliam rosae originem describit Bion Id. I, 66. comp. Bürger carmm. pag. 12.

Ἐλόχευε Πόντος ἀφρῶ,  
 Πολεμόκλονόν τ' Ἀθήνην  
 Κορυφῆς ἐδείκνυε Ζεὺς,  
 35 Φοβερὴν θεῶν Ὀλύμπω,  
 Τότε καὶ ῥόδων ἀγνητῶν  
 Νέον ἔρνος ἦνθισε χθῶν,  
 Πολυδαίδαλον λόχευμα.  
 Μακάρων θεῶν δ' ὄμιλος,  
 40 ῥόδον ὡς γένοιτο, νέκταρ  
 Ἐπιτέγξας, ἀνέτειλεν  
 Ἀγέρωχον ἐξ ἀκάνθης  
 φυτὸν ἄμβροτον Λυαίου.

LIII. Ἐἰς ἑαυτόν.

Ὅτ' ἐγὼ νέων ὄμιλον  
 Ἐσορῶ, πάρεσιν ἦβα.

Τότε

34. conf. Hom. H. in Pall. v. 4. Tom. V. pag. 102. ed. Ernesti.

39. Doruill. vann. crit. pag. 103. legendum proponit

Μακάρων θεῶν ὄμιλος

ἀνέτειλεν ἐξ ἀκάνθης

Τὸ ῥόδον —

sed non est, quod mutetur aliquid in vulg. lectione.

Od. LIII, 1. Sic corruptum huius odarii initium, quod alii aliter emendare stu.

Τότε δὴ, τότε εἰς χορείην  
 Ὅ γέρων ἐγὼ πτεροῦμαι.  
 5 Περίμεινόν με, Κυβήβα,  
 Παράδος, θέλω σέφεισθαι.  
 Πολιὸν ἑκάς δὲ γῆρας.  
 Νέος ἐν νέοις χορεύσω.  
 Διονυσίης δέ μοι τίς  
 10 Φερέτω ῥόον ἀπ' ὀπώρας,  
 Ἴν' ἴδῃ γέροντος ἀλκὴν  
 Δεδαηκότος μὲν εἰπεῖν,  
 Δεδαηκότος δὲ πίνειν,  
 Χαριέντως τε μανῆναι.

## LIV. 'Eis

dent, ex ingenio correxit H. Stephanus et  
 post eum Salmasius. Vulg. ὁ. ἐ. νεοῖς ὀμι-  
 λω ἔσορων π. Ἡθα.

5. idem Salmasius legendum suspicatur,  
 παραμαινόμεαι K. quod et mihi olim, ante-  
 quam Brunckianam editionem inspexi, in  
 mentem venerat.

7. elegantem hanc emendationem, quae  
 quoque Schneider et Zeune VV. cell. pro-  
 bant, dedit d'Arnaud animaduersf. pag. 46.  
 Vulg. π. δε γ. ἠκας.

10. Steph. legerat Φ. ῥοιαν ἀπ' ὀπώρας,  
 quod ῥοιαν Salmas. bene mutavit in ῥοον. Vulg.  
 Φ. ῥοιαν ὁ.

## LIV. 'Εἰς ἐρωῶντας.

Ἐν ἰσχύοις μὲν ἵπποι  
 Πυρὸς χάραγμα' ἔχουσι.  
 Καὶ Παρθίους τις ἄνδρας  
 Ἐγνώρισεν τιάραις.

5 Ἐγὼ δὲ τοὺς ἐρωῶντας  
 Ἰδὼν ἐπίσασμ' εὐθύς.  
 Ἐχουσι γάρ τι λεπτὸν  
 Ψυχῆς ἔσω χάραγμα.

## LV. 'Εἰς ἑαυτόν.

Πολιοὶ μὲν ἡμῖν ἤδη  
 Κρόταφοι, κάρη δὲ λευκόν·  
 Χαρίεσσα δ' οὐκ ἔθ' ἤβη  
 Πάρα, γηραλέοι δ' ὀδόντες·

ΓΛΥΚΕ-

Od. LIV. Comp. carm. suaue et molle  
 in *Ramler*. *Lyr. Blumenlese*, Lib. 4. p. 313.  
*Wahrzeichen der Liebe* inscriptum.

4. forte diuissim legendum ἐγνώρισ' ἐν τ.  
 Iablonski ad marginem exempli sui scripse-  
 rat ἐγνώρισ' ἐκ τιαρας.

6. Virg. *Aen.* IV, 269. quis fallere pos-  
 fit amantem.

Od. LV. Comp. Horat. 2, 14.

E

- 5 Γλυκεροῦ δ' οὐκέτι πολλὸς  
 Βιότου χρόνος λείπεται.  
 Διὰ ταῦτ' ἀνασαλίζω  
 Θαμὰ, Τάρταρον δεδοικώς.  
 Ἄιδεω γάρ ἔσι δεινὸς  
 10 Μυχὸς, ἀργαλέη δ' ἐς αὐτὸν  
 Κάθοδος· καὶ γὰρ ἔτοιμον  
 Καταβάντι μὴ ἵνα βῆναι.

## LVI. Ἔις τὸ πίνειν.

- Ἄγε δὴ φέρ' ἡμιν, ὦ παῖ,  
 Κελέβην, ὅπως ἄμυσιν  
 Προπίω. Τὰ μὲν δέκ' ἔγχει  
 ὕδατος, τὰ πέντε δ' οἴνου  
 5 Κυάθοις, ὡς ἀνυβρισὶ  
 Ἄναδείων βασσαρήσω.  
 \* \* \* \* \*  
 Ἄγε δῶτε, μηκέθ' οὔτω  
 Πατάγω τε κάλαλητῶ

Σκυ.

7. sic bene legitur in Stobaeo. Vulg.  
ἀνασαλαζω.

II. ordo verborum est: καὶ γὰρ μὴ ἐτή-  
 μον κ. ἵνα β. pro ἀναβ. Ceterum comp.  
 Hom. Il. 1, 408. vbi vid. Clark. Virg. Aen.  
 VI, 126. Horat. I, 24, 15. 2, 14, 5.  
 Catull. 3, II. 12.



10 Σκυθικήν πόσιν παρ' οἴνω  
 Μελετῶμεν, ἀλλὰ καλοῖς  
 Ὑποπίνοντες ἐν ὕμνοις. — —

## LVII. Ἐἰς Ἐρωτά.

Τὸν Ἐρωτά γὰρ τὸν αἶβρόν  
 Μέλπομαι βρύοντα μίτραις  
 Πολυανθέμοις, αἰείδων.  
 Ὅδε καὶ Θεῶν δυνάσης  
 5 Ὅδε καὶ βροτοῦς δαμάζει.

## LVIII. Ἐἰς Ἀρτεμιν.

Γουνοῦμαί σ', ἐλαφιβόλε,  
 Ξανθὴ παῖ Διός, ἀγρίων  
 Δέσποιν' Ἀρτεμι Θεῶν.  
 Ἴκου νῦν ἐπὶ Ληθαίου

E 2

Δίνη.

Od. LVI, 9. "Moris huius Thracum meminit et Ammian. Lib. XXVII. pag. 363. ed. Lind. Thraces enim et Scythas permiscuerunt. Sic Lynceus, qui Ouidio et aliis Rex Thracum dicitur, a Servio (ad Aen. I, 327.) vocatur rex Scythiae. *Iablonski*. compar. Horat. I, 27, 1-5. vbi vid. elegantiss. *Iani*, et Sum. *Vxii* carmm. Lib. 4. *der Trinker*, maxime str. 3.

§ Δίνησι, Θρασυκαρδίων  
 Ἄνδρῶν ἐγκαθόρα πόλιν  
 Χαίρουσ', οὐ γὰρ ἀνημέρους  
 Ποιμαίνεις πολιήτας.

## LIX. Ἔις κώρην.

Πῶλε Θρηϊκίη, τί δή με  
 Λοξὸν ὄμμασι βλέπουσα  
 Νηλεῶς Φεύγεις, δοκέεις δὲ  
 Μ' οὐδὲν εἰδέναί σοφόν;  
 § Ἴσθι τοι, καλῶς μὲν ἂν σοι  
 Τὸν χαλινὸν ἐμβάλοισι,  
 Ἐνίας δ' ἔχων σρέφοισι,  
 Ἄμφι τέρματα δρόμου.  
 Νῦν δὲ λειμῶνάς τε βόσκειαι,

Κοῦ-

Od. LVIII, 5. Θρασυκαρδ.] non adeo honori esse Magnesiis lectio vulg. Θρεωκαρδιων videbatur. Quorum itaque rei ut consuleret H. Stephanus, cum in exemplo Hephaestionis, qui hanc oden nobis servavit, Θρασυκαρδ. legeretur, reposuit Θρασυκ. quod Brunck etiam Analecct. textui inferuit. Interim vulg. lectionem stare posse suspicor. Vid. et Dacieria ad h. l.

Od. LIX. Comp. Horat. 1, 23. 2, 5. 3, 11, 9. et Ramleri odd. 3. et 6.

10 Κοῦφά τε σκιρτῶσα παίζεις·  
 Δεξιὸν γὰρ ἵπποπείρην  
 Ὅουκ ἔχεις ἐπεμβάτην.

## LX.

Ἄτε νεβρὸν νεοθηλέα γαλαθηνέν', ὅστ'  
 ἐν ὕλῃ  
 Κεροέσσης ἀπολειφθεῖς ὑπὸ μητρὸς ἐπτο-  
 ήθη.

## LXI.

Ἄπό μοι θανεῖν γένοιτ'. οὐ γὰρ ἀν  
 ἄλλῃ  
 Λυσις ἐκ πόνων γένοιτ' οὐδαμὰ τῶνδε.

## E 3

## LXII.

LX. *Iablonski* ad marg.: "Laudatur ab Aeliano de An. Polluce. Schol. in Pind. III. Olymp., Hoc fragmentum, quod apud Athenaeum Lib. 9, 12. pag. 396. ed. Casaub. existat, sic constituit Bentley, et Horat. 1, 23. (vbi vid. elegantiss. *Iani.*) imitatione expressit.

LXI. Seruauit hoc fragmentum Hephæstio, et versus in exemplum galliambi trimetri profert, conf. Brunck in *Analectt.* ad h. 1.

## LXII.

Φέρ' ὕδωρ, Φέρ' οἶνον, ὦ παῖ,  
 Φέρε δ' ἀνθεμεῦντας ἡμῖν  
 Στεφάνους· ἔνεικον, ὡς μὴ  
 Πρὸς Ἔρωτα πυκαλίζω.

## LXIII.

Ἐπὶ δ' ὄφρυσιν σελίνων  
 Στεφανίσκους θέμενοι, νῦν  
 Θάλειαν ἑορτὴν  
 Ἀγάγωμεν Διονύσω.

## LXIV.

ὦ παῖ παρθένιον βλέπων,  
 Δίζημαί σε, σὺ δ' οὐκ αἶεις  
 Ὅσον εἰδὼς ὅτι τῆς ἐμῆς  
 Ψυχῆς ἠνιοχέυεις.

## LXV.

LXII. Occurrit in fragmento Athenaei  
 a Casaubono edito, quem v. in animadd.  
 pag. 782.

LXIII. Exstat apud Athen. Lib. 15, 4.  
 fin. pag. 674.

LXIV. Et hoc fragmentum nobis serua-  
 uit Athen. Lib. 13, 2. pag. 564.

LXV.

Ἐμὲ γὰρ λόγων ἔκητι  
 Ὅι παῖδες ἄν φιλοῖεν.  
 Χαρίεντα μὲν γὰρ ἄδω,  
 Χαρίεντα δ' οἶδα λέξαι.

LXVI.

Μεγάλῳ δ' ἠὲ μ' Ἔρως ἔκοψεν, ὥστε  
 χαλκεύς,  
 Πελέκει, χειμερὶν δ' ἔλουσεν ἐν χαρά-  
 δρῳ.

XLVII.

Θ Ε Ο Κ Ρ Ι Τ Ο Υ

εἰς νεκρὸν Ἀδωνιν.

Ἀδωνιν ἢ Κυθήρη  
 Ὡς εἶδε νεκρὸν ἤδη,

Ε 4

Στυγ-

LXV. Legitur apud Max. Tyr. Differtt. 8. pag. 96. ed. Dauif. min.

3. pro γὰρ ἄδω vulg. γὰρ διδωμι et Max. Tyr. γὰρ διδω, quod Valckenaer ad Eurip. Phaeniss. 1388. mutavit in ἄδω.

LXVI. Exstat apud Hephaest. pag. 40.

LXVII. Cum hoc carmine, quod viris quibusdam doctis, cum quibus equidem non

Στυγνὰν ἔχοντα χαίταν,  
 Ωχρὰν τε τὰν παρειὰν,  
 5 Ἄγειν τὸν ὕν πρὸς αὐτὰν  
 Ἐταξε τῶς Ἐρωτας.  
 Ὅι δ' εὐδέως, ποτανοὶ  
 Πάσαν δραμόντες ὕλαν,  
 Στυγνὸν τὸν ὕν ἀνεῦρον,  
 10 Δῆσάν τε καὶ πέδησαν.  
 Χῶ μὲν, βρόχῳ καθάψας

Ἔσσ.

consentiam, perfectissimum et gratissimum  
 elegantioris antiquitatis monumentum vide-  
 tur, comparare studiosos non poenitebit  
 Bion. Idyl. I. Ouid. Metamorph. Lib. X. fab.  
 12 et elegantem Clodii interpretationem in  
*Versuchen aus der Litterat.* pag. 681. Quo-  
 modo factum sit, ut hoc carmen Theocrito  
 tribueretur vid. in *der neuen philol. Biblioth.*  
 Lips. 1777. T. I. pag. 292. Ceterum ideam  
 Adonidis ab apro percussi et veteres arti-  
 fices in operibus suis expresserunt, vid. Be-  
 ger Thef. Brand. Vol. I. pag. 202.

5. vulg. αὐτην. Sed Brunck, qui in ope-  
 ribus Theocriteis, inuitis libris veteribus,  
 formas doricis venatur, eas etiam huic car-  
 mini vbiuis fere obtrusit. De dorismo Theo-  
 critico fuse, et more suo eleganter differit  
 Ill. Harles II. commentatt. Erlangae 1779.

- Ἔσυρεν αἰχμάλωτον·  
 Ὁ δ', ἐξόπησθ' ἐλαύνων,  
 Ἐτυπτε τοῖσι τόξοις.  
 15 Ὁ θῆρ δ' ἔβαινε δειλῶς·  
 Φοβεῖτο γὰρ Κυθήραν.  
 Τῷ δ' εἶπεν Ἀφροδίτα·  
 Πάντων, κάκιστε θηρῶν,  
 Σὺ τόνδε μηρὸν ἴψω.  
 20 Σὺ μευ τὸν ἄνδρ' ἔτυψας;  
 Ὁ θῆρ δ' ἔλεξεν ὦδε·  
 Ὀμνυμι σοι, Κυθήρα,  
 Ἀυτάν σε, καὶ τὸν ἄνδρα,  
 Καὶ ταῦτ' ἐμεῦ τὰ δεσμά,  
 25 Καὶ τῶσδε τῶς κυναγῶς,  
 Τὸν ἄνδρα τὸν καλὸν σευ  
 Ὅυκ ἤθελον πατάξαι·  
 Ἄλλ' ὡς ἄγαλμ' ἐσεῖδον,  
 Καὶ μὴ φέρων τὸ καῦμα,  
 30 Γυμνὸν τὸν εἶχε μηρὸν  
 Ἐμαίνομαν φιλάσαι,  
 Καὶ μευ ἔσινε κραντήρ.

E 5


Τού-

34. sic iam Valckenaer rescripsit et ἔσινε  
 recepit ex coniectura B. Martini γ. Lib. IV,  
 16. Vulg. καὶ μευ κατεσιναζε. Varie h. l.  
 tentarunt viri eruditi, quod recensere su-  
 perfluum foret. conf. Ill. Harles Anthol. Gr.  
 poet. pag. 101.

- Τούτους λαβοῖσα, Κύπρι,  
 Τούτους κόλαζε, τέμνε,  
 35 [Τί γὰρ φέρω περισσῶς;  
 Ἔρωτικῶς ὀδύνας,  
 Ἄι δ' οὐχί σοι ταδ' ἀρκεῖ,  
 Καὶ ταῦτ' ἐμεῦ τὰ χεῖλη.  
 Τί γὰρ φιλεῖν ἐτόλμων;  
 40 Τὸν δ' ἠλέησε Κύπρις,  
 Ἐπέν τε τοῖς ἔρωσι  
 Τὰ δεσμά οἱ ἵπιλῦσαι.  
 Ἐκ τῶδ' ἐπηκολούθει,  
 Κᾶς ὕλαν οὐκ ἔβαινε.  
 45 Καὶ δὴ πυρὶ προσελθὼν  
 Ἐκαίε τῶς ἔρωτας.

39. hunc versiculum *Valckenaer* e Cod. Vatic. textui inseruit.

44. 45. κᾶς ὕλαν est ex emendatione eiusdem viri graece doctissimi. Vulg. και ὕλαν. Et και δη bene reprofuit Brunck e vulg. και τῶ.



INDEX.





## I N D E X.

---

### A.

'Αβελος, ὄ, ἡ. νοημα ἀβ. 14, 4. elegantiff. interpr. Lipsiens. reddidit *Starrkopf*; non male quidem sensum expressit, sed tamen duriusculum nec molli ingenio Anacreontis fatis dignum videtur illud *Starrkopf*. Reddi quoque possit: *mens consilii expers morem non gessit*, ich unentschlossnes Sinnes, wollt aber nicht gehorchen.

'Αβρα· ἀβρα γελαῖν 5, 5. redderem *laete, dulce ridere*, frölich lachen. Poetae enim neutris adiecit. plurall. vim adverbiorum subiiciunt. conf. 4, 12.

'Αβρογαιτας (ion. pro ης, ὄ.) molles habens capillos. 6, 8. de puero; ein Knabe mit weichen Locken.

'Αγαθος, η, ον, bonus i. e. peritus, treflich; In quocunque enim est scientia et facultas alicuius rei, ille Graecis ἀγαθος dicitur. 28, 1. 2. vid. *Bach.* ind. ad Xenoph. *Oecon.*

con. Hinc dii adpellantur *ἀγαθοί*, conf. et b. *Walchii* obsf. in Matth. ex graec. inscriptt. Ien. 1779. pag. 42. Eodem modo Latini suum *bonus* vsurpant. conf. Munk. et Stauereen ad Fulgent. pag. 666.

Ἀγκαλη· 39, 18. *ἀγκαλαῖς κερην κατεχων* la- certis puellam amplexu fouens, vt Hom. II. ξ, 353. *ἔχε δ' ἀγκας ἀκοιτιν*, vbi Schol. *εἰς τὰς ἀγκαλας*. vid. *Alberti* ad Hefych. sub v. *ἀγκας*, quod interpretatur *ἀγκαλας ἢ ἀγκαλαῖς*. Sic Horat. grauius quidem I, 5, 2. *gracilis puer te vrguet*; et dulc. Hölty pleniore ore, wenn Arm um Arm vnd Geist um Geist sich windet.

Ἀγαλμα, τος, το. 1) *voluptas, deliciae*, Wonne. Haec prima et antiquissima est huius voc. significatio. 52, 6. Schol. ad Hom. II. δ, 144. *ἔσι δε ἀγαλμα — παν, ἰφ' ᾧ τις ἀγαλλεται καὶ χαιρει*. Ὅι δε μετ' Ὀμηρον ποιηται ἀγαλμα εἶπον το ξοανον. vid. *Kiisler* sub h. v. *Dorville* ad Charit. pag. 12. et *Ernesti* ad Hom. l. c. *Rofa* nostro loco dicitur voluptas Gratiarum, quia Gratiae et Venus quasi praecones veris finguntur. conf. od. 38. Lucret. I. init. Horat. I, 4, 78. sq. 2) *statua*, et quidem, si fides habenda auctoritati Ammonii sub

v.

v. *ξοανον*, statua ex lapide pretioso, constructa. 67, 28, conf. Valckenaer ad Ammon pag. 168.

*Ἀγερῶχος*, γ, ὄ, ἦ. splendidus, superbus. 52, 42.

*Ἄγχω* 51, 22. posuisse videtur auctor pro *πλησιαζειν*, *adpropinquare*, quod dicitur de maribus, qui rem habent cum mulierculis; *μη θελῶσα ἄγχει*, repugnanti puellae vi adpropinquat iuuenis ebrius. Bene haec verba exprimunt audaciam et proteruitatem ebriosi. Hesych. *ἄγχει*· *πλησιαζει*.

*Ἄδηλος*, γ, ὄ, ἦ incertus. 41, 20.

*Ἄδωνις*, ἰδος, ὄ. 29, 28. Adonis, Cynirae regis Assyriorum filius, iuuenis eximia pulcritudinis, qua vel ipsa Venus amoris quodam furore abriperetur, vid. carm. 67. integr.

*Ἄερθεῖς* (ab *ἀεῖρω*) *νοοσ ἐς θεοσ* 50, 7. animus ad deos usque euectus. Nos dicimus ein gotterhabner Geist.

*Ἄημα*, τος, το. proprie *spiritus*, venti flatus, Hauch. Hesych. *ἄημα*· *πνευμα*, *Φυσημα*. Suid. *ἄημα*· ἢ *πνοη τσ ἀνεμσ*. Rosa dicitur 52, 4. *θεων ἄημα* *deorum aura*, quia dii odores rosarum spirabant et auras odore ambrosiae quasi infectas carpebant; *sie*  
*ist*

- ist Wohlgeruch für Götter.* comp. Hom  
Il. ψ, 186.
- ἄητης, ἄ, ὄ. ventus. 39, 7. voc. Homeric.  
cui etiam iungitur ἄνεμος e. gr. Il. ξ, 254.  
ο, 626. vbi Schol. χαλεπον ἄνεμος πνευμα.  
Hesych. ἄητης ἄνεμος. consent. Suidas.
- ἄθειρω, ludere, i. e. lyra canere. 18, 19. de  
Apolline citharoedo, quem certatim ex-  
presserunt in operibus suis veteres artifi-  
ces. Admirabilis eius effigies occurrit in  
Pitt. antiche d' Ercolano Tom. I. Tab. 3.
- ἄθλος, ἄ, ὄ. pugna, labor. 1, 7. de labori-  
bus Herculis, de quibus conf. Anthol. vet.  
lat. Lib. I. epig. 42. Differunt ἄθλος et  
ἄθλον monente Ammonio pag. 4. ed. Val-  
cken. ita, vt illud *pugnam* ipsam, hoc  
*praemium* certaminis significet. Labores  
Herculis aeri incisi occurrunt in Winkelm.  
*Monumenti inediti*. Vol. I. Tab 64. 65.
- ἄθρεω, adspicere, cernere. 11, 3. vocabul.  
poet. Hesych. ἄθρει βλεπε, ὄρα, νοει,  
ιδε.
- ἄθυρμα, τος, το. proprie *ludicrum*, παιγνιον,  
vt Suid. et Hesych. interpretantur, sed  
52, 8. est i. q. ἀγαλμα *deliciae*, voluptas,  
de rosa Veneri sacra atque iucunda.

ἄθυ-

<sup>2</sup>Ἀδύρω, ludere, proprie *puerorum more*, Hesych. ἀδύρει· παιζει. Deinde, vt quoque Latinorum *ludere* et nostr. *spielen*, de ludis et iocis, quos iuuenes inter puellas ferunt, (vid. Tibul. 1, 3, 63.) adhibetur. 8, 6. 42, 7.

<sup>2</sup>Αἰ dorice pro εἰ *si*. 67, 37.

<sup>2</sup>Αἶας, Ajax. Telamonis filius, heros ab Achille secundus, acerrimus bellator, ab Hectore post pugnam singularem accepit, in amicitiae pignus, gladium, eique dedit cingulum. Tandem, cum sibi praelatum videret Vlyffem, in furorem actus se ipse gladio, quem ei donauerat Hektor, transfixit. 31, 13. de hoc ense vid. Hom. Il. η. 303.

<sup>2</sup>Αἶδης, 8, ὁ. orcus, inferi. 55, 9. Hesych. αἶδης· αἶδης et Suid. ὁ αἶδης.

<sup>2</sup>Αἶδος, εὐς, το. pudor, verecundia. 29, 20. suauiter et exquisite coniungitur cum ἐγυθῆμα, quia verecundia pudicorum puero- rum puellarumue genas suaui rubore tingere solet.

<sup>2</sup>Αἶδω, canere. 1, 7. vbi per imperfect. ἤδον poeta coniunctiuum expressisse mihi videtur. conf. quoque cel. Zeune ad Viger. p. 540.

<sup>2</sup>Αἶδως, οὐς, ἡ. pudenda, Blöse. 29, 36.

<sup>2</sup>Αἶψω,

- ἄινεω, laudare, celebrare, rühmen. 15, 4.
- ἄιρω, vincere, capere. 15, 3.
- ἄρω, fumere, prehendere. 14, 5. de cupidine arcum arripiente et poetam ad pugnam singularem prouocante. compar. Weisse scherzh. Lieder. Lib. 2. *Zweykampf mit dem Amor*. Kloz (libr. vom Nutzen vnd Gebrauch der alten geschn. Steine); imagines cupidinis varias recenset, vbi deus, arca, lyra aliisque crepundiis effingitur. conf. Mosch. 1, 18. et de armis Cupidinis Ill. Harles Aothol. Gr. pag. 130.
- ἄκισ, δος, ἡ. cuspis, Spitze 45, 5.
- ἄκμαϊος, α, ον. ἀνδ. ἀκμ. ὡς vigens flos iuuentae, der Iugend schönste Blüte. 34, 4. suaviter et blande. Hesych. ἀκμαϊα ἀκμοζῶσα, θαλλῶσα et ἀκμη νεότης, ἡλικία. Ἄκμη nempe proprie *cuspide*, deinde quidquid summum i. e. perfectum est in suo genere significat. Sic. Pind. Ol. 1, 20. δρεπῶν μὲν κορυφᾶς ἀρετᾶν ἀποπασάν.
- ἄκμην, adhuc, nunc, noch. 33, 9. Hesych. et Suid. interpret. ἀκμην ἔτι. Ἄκμην pro ἔτι damnant quidem veteres Grammatici, sed tamen boni scriptores ita loquuntur. vid. *Alberti* ad Hesych. et *Kypke* Obseruatt. S. Tom. I. p. 76.

ἄκρον,

- Ἄκρον, ὄ, το. summum, apex, Wipfel. 43, 2.  
τα εἰς ἄκρ. i. e. κατα τα δε μερη εἰς ἄκρον  
ὄντια, *extrinsecus*, von aussen, aut potius  
am Ende. 29, 5.
- Ἄλαλημαι, errare. 50, 12. Hesych. ἀλαλη-  
μενος· πλανωμενος.
- Ἄλαλητος, ὄ, ὁ. clamor, vociferatio, Ge-  
schrey, Getöse. 56, 8. adprime de clamo-  
ribus potatorum.
- Ἄλειφω, unguere, 20, 12.
- Ἄλικτυπος, ὄ, ἡ. *per aequora sonans*, über  
das Meer brausend. 39, 7. exquisitum epi-  
theton venti rapidioris, qualis esse solet in  
pelago, oriente tempestate.
- Ἄλιπορφυρος, ὄ, ἡ. conchyliatus, murice  
tinctus, purpurroth. 8, 2. Hesych. ἀλι-  
πορφυρα· ἀλεργη, τετρεσιν, ἐκ θαλασσιας  
πορφυρας, vbi vid. interprett. et d' Arnaud  
animaduersf. pag. 234. seq.
- Ἄλκμαιων, ὄνος. Alcmaeon, Amphiarai et  
Eriphyles filius 31, 4. Adrastus monile  
aureum gemmis distinctum forori suae Eri-  
phylae dono dedit. Quo accepto ea con-  
iugem prodidit, vt ad bellum Thebanum  
proficisci cogeretur, ex quo sciret, se non  
esse rediturum. Alcmaeonem, cui pater  
praecceperat, vt post mortem suam ma-  
trem Eriphylen interficeret, postea furiae

exagitarunt. vid. Hygin. fab. 73. p. 145. ed. Stau. ibique interprett. et Pausan. Lib. VIII. pag. 646.

Ἄλλα. Hanc particulam Graeci etiam ponere solent, si indicetur, omiſſa quaedam ſupplenda eſſe, et tunc reddendum, *ſed tamen*, at vero 40, 3 ἐκ οἰδ. ἄλλ' ἔτρ. nec viderat apiculam, nec ſenſerat ſtatim, ſe punctum eſſe ab illa, *ſed tamen* etc. Copioſe de hac particulae ἄλλα poteſtate diſputat Hoogeſ. de partic. G. L. ſub h. p.

Ἄλωσις, εως, ἡ. clades, Niederlage. 16, 3. facete et docte poeta amores ſuos adpellat ἄλωσεις, multitudinem illorum ſimul indicaturus. Heſych. ἄλωσιν· φθονον, (vbi malim cum interprett. legere φθορον aut φθοραν) πορθησιν. Poetam h. v. ad carmen quoddam Graecorum Τροίας ἄλωσις dictum adludere, Baxter ſomniabat.

Ἄμαξα, ης, ἡ. ſeptemtriones, i. q. Ἄρκτος, der groſſe Wagen, ſeptem ſtellae fulgentes in vrſa maiore. 17, 8. Signa coeleſtia ficta eſſe olim in toreumatibus, vel ex ſcuto Achillis, ad quod Anacreontem h. l. aduſiſſe vix crediderim, cognoſcimus. vid. Il. σ, 483. ſeq. vbi quoque ſeptemtriones (ἄμαξα) occurrunt.

Ἄμας



- Ἄμας i. e. ἡμετέρας, dorice. 27, 3.
- Ἄμειβω, mutare, wechselfn. 1, 5. Hesych. ἡμειψα· ἡλλαξα, de immutatis ob diuersam carminis materiam fidibus.
- Ἄμπαυομαι, quiescere. 49, 9.
- Ἄμπελος, 8, ἡ. vitis. 17, 12.
- Ἄμυνω, proprie *propulsare, arcere*. v. Küft. de Verb. med. pag. 57. de auxilio, quod rosa fert mortuis *defendere a putredine*. 52, 25. conf. Hom. Il. ψ, 186. vbi Venus Hectoris cadauer ῥοδεοντι χριεν ἔλαιω et Athen. Lib. XV, 11. pag. 688. ed. Casaub. Hesych. ἀμυνει· βοηθει.
- Ἄμυσι πειν, continenter, vno spiritu haustuque bibere, vnabgesetzt trinken. 21, 2. 31, 2. Hesych. ἀμυσιν· συνεχη ποσιν, et Suid. ἀμυσι πειν, λεγεται ἐπι των ἀπνευσει και ἀνευ τ8 ἀναπαυεσθαι, πινωντων· vid. Alberti ad Hesych. sub v. ἀμυσις Tom. I. pag. 688. et elegantiss. Iani ad Horat. 1, 36, 14. Bene reddidit interpr. Lipsiens. *in vollen Zügen*.
- Ἄμφι cum dat. *in*, auf. 35, 3.
- Ἄν 1) praesenti *indicat*. iunctum obtinet vim suam potentialem 9, 30. obseruante iam Ill. Brunck ad h. 1. *possum*, si videtur, saltare. 2) cum *optatiuo* actum verbi mutat in voluntatem agendi et redd. *quaeso*,  
F 2 wol.

- ωολ.* 22, 7. *τις ἂν παρελθοι*, quis quae-  
*so praetereat?* wer sollte *ωολ* vorüber-  
 gehen. 3) cum *coniunctivo*, *si*, quia con-  
 ditio rem incertam efficiens parum a pri-  
 ma et propria vi huius partic., quae est  
*ἀοριστολογικη*, 28, 8. 10, 8. *δ' ἂν ἐκμ.*  
*παν*, at si omnino verum scire vis. De  
 varia h. part. potestate vid. cel. Zeune ad  
 Viger. pag. 470. 472.
- \**Ἀναγκη*, ης. 36, 2. *ἀναγκαι ῥητ.* sunt *praece-*  
*pta artis dicendi*, docte pro *eloquentia*.
- \**Ἀναδευω*, irrigare. 56, 6. *ἀναδευων* sc. *ἐμαυ-*  
*τον irrigans me* i. e. *vino madens*.
- \**Ἀναθαλπω*, refouere, erwärmen. 3, 21.
- \**Ἀναιμοσαρκος*, ο, ὁ, ἡ. qui habet carnem san-  
 guinis expertem, blutlos. 43, 17.
- \**Ἀναλλομαι*, infilire, aufhüpfen. 3, 29. *ἀλ-*  
*λομαι* proprium est saltantium. vid. Pol-  
 lux Lib. 3, 151.
- \**Ἀναμελπω*, celebrare, besingen. 41, 2. pro-  
 prie ibi loquitur poeta. *Μελπειν* enim no-  
 tat lyra, cithara, cymbalis aut fistula deo-  
 rum hominum laudes cantare. vid. copios.  
 diss. *Stauer.* ad Fulgent. pag. 642.
- \**Ἀνασαλυζω*, flere, lacrymari. 55, 7. Hesyech.  
*ἀσυλαζει*. (quod Brunck, Barnes ad h. l.  
 et Alberti perperam pro *ἀσαλυζει* scri-  
 ptum putant) *λυπει μετα κλαυθμυ.* Al-  
 berti

*berti* cum Hemsterhus. ad Lucian. Somn. pag. 7. emendat λυζει, quam emendationem necessariam esse fere dubito.

Ἀνασυναζω, grauiter suspirare, anhelare, schwer athmen. 21, 4. exquisite de poeta vini aestu fere confecto. *ingemiscere*, seufzen. 45, 15.

Ἀνατελλω, proferre, nasci inbere. 52, 41.

Ἀναυρος, ὄ. 7, 4, 19, 3. proprie torrens, i. e. fluuius, qui non de viua aqua, sed ab imbribus et fluuiis in valles ruit. Schol. ad Apoll. Rhod. 1, 9. οἱ ἐξ ὑετων συνιναμενοι ποταμοι ἄτω (sc. ἀναυροι) καλενται, ad quem locum v. *Hötzlin*. conf. cel. Schneider Anmerkk. pag. 288. Ill. Harles ad Anthol. Gr. pag. 136. et interprett. ad Hesych. Tom. I. pag. 346. Torrentis descriptt. dederunt Hom. Il. δ, 452. Virg. Aen. 2, 305. Horat. 4, 2, 5.

Ἀναχεω, effundere, superfundere, ausgieffen. 50, 3. exquisite et adposite de vndis caelatis tanta arte fictis, vt in discum vere effusae videantur.

Ἀνημερος, ὄ, ἡ. inhumanus, ingratus. Hesych. ἀνημερων ἀγρων.

Ἄνηρ, ἀνδρος, ὄ. 54, 3. 1) hoc voc. a Graecis eleganter additur nominibus gentium et tunc redundat. conf. quoque cel. Fi-

fcher ind. Palaeph. sub. h. v. 2) pro νεος  
*iuuenis* 51, 2. quod adparet ex comitatu  
 των παρθενων.

Ἄνθος, εος, το. flos, Blüte. 34, 4. docte et  
 exquisite sic pulcritudo foeminea vocatur.  
 Quidquid enim optimum purissimumque  
 in quacumque re fuit, id omnis aetatis  
 poetae omnino *rei florem* adpellare solent.  
 Pind. Pyth. 4, 335. de argonautis ναυτων  
 ἄνθος. Catull. carm. 64. ego gymnasii  
 fui *flos*. Et nostri imitari solent; *Ram-*  
*ler* in Pygmal. hab ich zu tadellosen Prie-  
 sterinnen dir die *iiingste Blüte* meines  
 Volks erkohren; hinc quoque primam vi-  
 tae aetatem floribus comparare amant.  
 Tyrt. 1, 28. Hom. Il. v, 484. habent ἡβης  
 ἄνθος. Martial. 5, 45, 7. de Baccho: per-  
 petuo sic *flore* mices. confer. quoque Ill.  
*Harles* ad Anthol. Graec. pag. 45 et in  
 indic.

Ἀνυβρισι βασσαρειν 56, 6. i. e. χαριεντως μα-  
 νηναι 45, 1. *hilarem esse absque rixis et*  
*vociferatione*, frölich schwärmen. Βασ-  
 σαρειν enim factum ex βασσαρευς i. e. Bac-  
 chus, sic dictus a pellibus hinnulorum aut  
 vulpium, quas bacchae in Dionysiis ge-  
 stasse dicuntur. βασσαραι αυτ. Hesych.  
 sunt χιτωνες, ες εφορευ αι Θρακιαι Βακ-  
 και

χαι, et Βασσαρεια apud eundem τα ἀλω-  
πεκεια οἱ Διβυες λεγουσιν. conf. et cel. *Ia-  
ni* ad Horat. 1, 18.

Ἀπαλος, η, ον. tener, mollis, weich, zart.  
7, 10. eleganter et adposite de alis molli-  
bus Cupidinis. 8, 8. de pueris venustis.  
22, 3. de teneris arboris foliis.

Ἀπαλοχρως, ς, ό, ή. proprie mollicarnis,  
qui mollem teneramque habet cutem, zart.  
e. g. de mulierculis teneris Hom. H. in  
Ven. 14. παρθενικας ἀπαλοχρως. 50, 15.  
suauiter et exquisite de placido aequore,  
quod, dum fluctibus non agitur atque  
turbatur, *molle* quasi et *laeue* nobis vide-  
tur; *glatte Meeresstille*. Sic *Vng* de Rhe-  
no fl. dein *glatter Rücken*. vid. Voss. Alm.  
1780. pag. 39.

Ἀπαλυνομαι, emolliri, complanari, still wal-  
len. 37, 4. eleganter de maris tranquilli-  
tate tempore veris, quam sublimiter et  
amoene Lucretius 1, 8. sic expressit: *ri-  
dent aequora ponti* vbi vid. Ill. Harles.  
Mosch. 2, 217. de Neptuno fluctus com-  
planante *κυμα κατιθωνων*. Virg. Eclog.  
2, 26. vide quam *placidum* ventis *flat* ma-  
re. conf. et Dacieria ad n. 1.

Ἄπας, ἀσα, ἀν. 1, 6. ἅπασα λύρα *lyra ipsa, lyra omnino.* vid. Ill. Harles ad h. 1. et Viger. pag. 132. ed. Zeune.

Ἄπεχω post ἀπεχει 28, 33. quod interpretes subinde valde torfit, ill. Harles supplet κηρος et interpretatur: *cera impedit* (v. Kypke Obsf. S. Tom. I. pag. 193.) sc. quo minus plura admittat, *quin video ipsam; tu cera mox ipsa loqueris.* Eleganter sane et docte. Malim tamen cum Barnesio et cel. Schneider faciliorem eligere explicationem et το ἀπεχει interpretari *satis* est, quam interpretationem ipsa orationis series desiderare videtur. Cel. Zeune Stephanum ἀπεχε coniicientem et μισθον suppletem sequitur.

Ἄπλω, extendere (de argento) i. e. malleo ducere et in laminam tenuare. 18, 5. Sic hoc voc. interpretatur d' Arnaud Animadd. pag. 12. Sed bene iam monet Ill. Heyne (vid. Antiquar. Aufsätze Part. II. pag. 134.) ἄπλων h. l. poetice dictum et ἀπλ. ἀργ. ποιεῖ positum esse pro ἐν ἀργυρῷ ἠπλωμένῳ ποιεῖ μοι, *bilde auf des Silbers Fläche.* 2) de animo. Ἄπλων νοον proprie *laxare*, explicare animum. 39, 22. docte et exquisite, pro *hilarem, laetum fieri*, tristis enim animus constrictus et implicitus

tus

tus quasi tenetur. Solemnis idea poetica. Ouid. Amm. Lib. I. *aperit* (vinum) *animos*. Bürger pag. 43. mein *freyes* Herz *erweitert* zu Lobgefängen sich; idem p. 60. vom Trunk *erweitert* wird bald das Herz.

'Αποβλαπτω, nocere, damnum adferre. 43, 9. vbi part. *ἀπο* haud dubie ad particip. referri et reddi debet, *quae nemini quidquam damni adfers*, die du niemand schädlich bist. conf. Bürger pag. 327.

'Αποθλιβω, exprimere, ausdrücken. 3, 22. de exprimenda Amoris coma imbre madida; plane vt Ouid. Art. am. Lib. 3, 324. *madidas expressi imbre comas*.

'Απορριπτομαι, eiici i. e. euolare, fugere, entfliehen. verwehen. 39, 5.

'Αποτυγχανω· ἀποτ. φιλοντα, repulsam ferre, inuenustum esse, ohne Gegengunst lieben. 46, 4.

'Αρα ab initio orationis σοχασικως accipiendum, vbi ad sensum cum admiratione significat, *utique, quaeeso, obsecro, ia!* 50, 1. 2.

'Αρασσω tundere, pulsare. Nostro voc. *ras-seln* graec. optime exprimi possit 3, 8. An inde deductum sit voc. germ. efficere non ausim. Hesych. *ἀραπτων· κρηων*.

- Ἄρης, εὖς, ὁ. Mars, Deus belli. 29, 14.
- Ἄρκεω, auxiliari, helfen. 52, 24. est voc. medicum. Hesych. ἀρκεῖ· — βοηθεῖ.
- Ἄρκτος, ὄ, ὁ. vrsa maior s. Cynosura, fidus fulgentissimum media nocte ad occasum se vertens. 3, 1 Suid. ἀρκτος· ἀεικινητον ἀστροθετημα, et Hesych. ζῳδιον ἐν οὐρανῳ.
- Ἄρμωζω, ornare, schmücken; i. q. od. 5, 15. πυκαζειν. 5, 4. Sic Pind. Isthm. 7, 54. χαιτας σεφανοις ἀρμωζειν. Hesych. ἀρμωζισα· — — κοσμησα od. 6, 2. verb. compos. συναρμ. pro simpl. ἀρμωζ.
- Ἄρτι, nunc. 9, 9. De hac vocula veteres Grammat. copiose agunt. Eam etiam pro νυν ab Atticis adhiberi testatur Schol. ad Aristoph. Nubb. v. 1148 et tum soli praesenti iungitur. conf. de h. v. Ammon. pag. 23. seq. ibique Valckenaer; Nunnes. ad Phrynich. pag. 8. ed. Paw; cel. Zeune ad Vig. pag. 376. et quos laudat Ill. Harles in ind. Anthol. Gr.
- Ἄσεληνος, ὄ, ἡ. illunis, mondlos. 3, 12.
- Ἄσκος, ὄ, ὁ. vter, Schlauch, praemium vincientis potoris. 38, 4. adludit h. l. poeta ad diem secundum Ἄνθεσηριων, cui nomen χοεῖς, et quo Athenis per praeconem indicebatur certamen bibendi, vt is, qui stans in vtre victor fuisset, loco praemij  
coro.



coronam utremque vini plenum acciperet.  
vid. Aristoph. Achurnn. v. 1000. ibique  
Schol.; *Suidas* sub *ἀσκος* Κλησιφωντος  
Tom. I. pag. 315. ed. Küst.; Hesych. sub.  
h. v. et ibi interprett.; Potters Griech.  
Archaeol. Tom. I. ibique Ven. *Rambach*;  
Ael. γ. H. 2, 41. et ibi Periz.

Ἄσπις, ἰδος, ἦ. clypeus. 2, 10.

Ἄσονος, ον. curarum expers, hilaris. 49, 6.  
bene de vino, quod tristes et mœrore  
confectos animos explicat hilaresque red-  
dit. Hesych. *ἀσονον*· *ἀμπον*, quod men-  
dum Alberti bene tollit, mutans *ἀμπον*  
in *ἀλυπον*. Ex ΑΛΥΠΟΝ enim stupor  
scribarum facile potuit fingere ΑΜΠΟΝ.

Ἄσρον, 8, το fidus, Sternbild. 17, 8. est h.  
I. generis, quod tum poetarum more per  
partes explicatur.

Ἄσχαλλω, indignari, zornig werden. 14, 13.  
bene de Cupidine, qui omnem sagittarum  
adparatum consumserat. Significat h. I.  
irati animi dolorem, ut Hom. Od. β, 193.  
— *ἀσχαλλης* χαλεπον δε τοι ἐσσεται ἀλ-  
γος. Hesych. *ἠσχαλλον*· ἐλυπεντο, et  
*ἀσχαλλει*· ὀχλαται, λυπεται, ἀθυμει,  
*ἀδημονει*, ἀγανακτει. vid. quoque Suid.  
Tom. I. pag. 364. ed. Küst.

Ἄτακτα

- 'Ατακτα attice pro ἀτακτως sine ordine. 29, 7.
- 'Ατακτος 51, 22. ἀτακτα παιζει — — Bacchus inebrians petulanter ludit cum iuuenibus, i. e. ad petulantiam fert iuuenes, f. eos petulantes esse iubet; nos dicimus reizt sie zu Frevel.
- 'Αταρβης, εος, ὁ, ἡ. impavidus, audax. 49, 2. Hesych. ἀταρβητον· ἀφοβον, θρασυν.
- 'Αταρπος, 8, ἡ. proprie deuerticulum, Abweg, seu vt nostri loquuntur Schleifweg, oppos. viae publicae. 52, 12. ἀκανθιναι ἀτ. sunt viae spinis, vbi rosae proueniunt, obsitae.
- 'Ατειρης, εες, ὁ, ἡ. firmus, inuictus. 49, 1. Hesych. ἀτειρης· ὁ σερεος.
- 'Ατρεϊδαι 1, 1. positum pro bello Troiano, et hoc poet. pro carmine epico. Respicit poeta ad Menelaum et Agamemnona, filios Atrei, duces exercitus Troiani, conf. od. 3.
- 'Αττις, ιος, ιδος, ὁ. Attis. 13, 2. De origine, munere fatisque formosi huius iuuenis alii aliter sentiunt. Propter amorem Cybeles, cuius fuerit sacerdos, furore percitus montibus inerrasse fertur. Fabulam ipsam, quae, si qua alia, scriptorum varietate implicita est, plene narrabat Bergsträsser in Wörterb. sub art. Attis. Imaginem eius Beger in Thes. Brand. Tom. 3. pag. 312. et alii mythologiae explanatores dede-

dederunt, conf. quoque *Suid.* sub v. Ἄττις. Catull. carm. 64. ibique Vossius, quo iudice Attis Catullianus, non est ille Cybeles amafius sed iuuenis quidam Graecus ad Phrygiam aduectus. Ouid. *Metam.* Lib. 10, 86. sqq. *Fastor.* 4, 223. et *Gessner Thes. L. L.* sub *Aty* pag. 523.

Ἄυλαξ, ακος, ἡ. proprie *fulcus*, Furche. *Hesych.* ἄυλαξ· το σχισμα το ἀροτρα et *Suid.* ἡ ἐπιμηκης τομη της γης ἐξ ἀροτρα. 50, 20. eleganter et adposite sic dicitur lacuna, quam natantis Veneris corpus in vndis efficit; *μεσ. αὐ.* scil. κατα.

Ἄῦτη, ης, ἡ. 16, 2. in genere *clamorem vehementiorem* significare videtur. *Hesych.* αῦτην· κραυγην, φωνην, βοην; deinde notat *clamorem pugnae commissae*, *Schlachtgetümmel*; tum *pugnam* ipsam indicat; iterum *Hesych.* αῦτη· ἐπι μεν της φωνης, ἐπι δε της μαχης. Hic significatus occurrit 45, 8. ἐκ αῦτης sc. ἐλθων; quod Graeci post praepositi. ἐκ, παρα, ἀπο etc. saepe omittere solent. conf. *cel. Schneider Anmerk.* pag. 203. et *cel. Fischer ad Theophr.* *Charr.* 16, 1. Denique poetice *bellum ipsum*, et sic *od.* 16, 2. accipi debet, vbi αῦται *φρυγ.* docte et audacter positum pro *bello Troiano*, quod in Troa-

de

de Phrygiae Hellepontiacae parte gestum fuit.

<sup>2</sup>ΑΥΤΟΣ, η, ον. 9, 27. adhibent h. v. in primis cultiores Attici pro *domino*. vid. omnino Casaub. ad Theophr. Charactt. 2. p. 34. ed. Fischer et Ill. Harles Anthol. Graec. pag. 13.

<sup>2</sup>ΑΦΕΛΗΣ, εος, ό, ή. i. q. ἀτριχος, vt bene exposuit Brunck in Anall. ad h. l. *nondum munitus tectusue capillis*, nackend. 29, 36.

<sup>2</sup>ΑΦΕΛΩΣ, clare, pure. 37, 7. Hesych. ἀφελης· ἀσινης, καθαρος.

<sup>2</sup>ΑΦΕΣ ab ἀφιημι, sincere, permittere. 31, 1. ἀφες με *sine me*.

<sup>2</sup>ΑΧΑΪΑ, ας. Achaia, muliercularum venustate et elegantia nobilis, pars Peloponnesi, occidentem versus, vbi hodie *Patrasso*. 32, 12. conf. quoque Herodot. 3, 134.

<sup>2</sup>ΑΧΙΛΛΕΥΣ, εως. 14, 9. Achilles, princeps Archiuorum heros, fortissimus, animosus ac terroris expers bellator, quorum facete se comparat Anacreon, quasi vinci a Cupidine non possit. Admirabilem ac splendidam armati Achillis descriptionem, ad quam poeta respexisse mihi quidem videtur, dedit Hom. Il. τ, 368 - 399. In Winkelm. *Monumenti inediti* Vol. I. Tab. 132.

132. schema existat, quod armatum Achillem referat.

Ἄχος, εὖος, το. moeror, dolor, Kummer.

41, 3. Hesych. ἄχος· λυπη·

## B.

Βαθυκολπος, ὄ, ἡ. profundum sinum habens. 5, 14. de venusta puella. Minus bene et accurate interpr. Lipsiens. exprimit *schön*. Poeta enim simul eam formositatis virgineae partem indicare voluit, quae inter saltandum maxime spectatur. Occurrit h. v. Hom. H. in Ven. v. 258. Il. σ, 339. Hesych. βαθυκολπων· ἡρωιδων, ἀπο μεγεθους, και βαθυζωνων. conf. etiam Faber ad n. 1. Βαθυ in compositis *multum, valde* notat. vid. Spanh. ad Call. H. in Apoll. v. 65. et H. in Cer. v. 114.

Βακτριοι, Βακτρι, populus regionis Asiae, quae a meridie monte Paropamisso, a septentrione vero flumine *Oxo* terminatur, ubi nunc aut *Tartari Usbecs*, aut, ut aliis placet, *Chorasani*. 32, 26. vid. quoque cel. *Kapp* ind. ad Pomp. Mel.

Βαλλω, 1) *iaculari*. 14, 12. 16, 7. eleganter de exercitu, qui de oculis poetam vulneraret, verbum in hac re proprium. De pugnis

pugnis et victoria animantium v. Ouid. Amorr. 1, 7. 2, 5. Tibull. 1, 6. 2) *Addere, adiicere.* 29, 21. ibi ordinem verborum hunc esse puto, ποιησον, ὡς ἂν δυν. βαλειν, ἐρυθημα αιδης, quantum addere potes, adiicias genae pudoris ruborem. 3) βαλλεσθαι *muniri, corpus sibi armis tegere* 14, 9. Omnino h. l., quod etiam contextus requirit, et Canterus atque Barnes. bene observant, βαλλεσθαι positum pro περιβαλλεσθαι. Verba enim simplicia maxime apud poetas saepissime vim compositorum habere, vel tirones non ignorant, et viri docti abunde docuerunt. conf. quoque cel. Zeune animaduersf. ad h. l. pag. 29.

Βαπτω, tingere, imbuere. 45, 5.

Βαρβιτος, ς, ό, ή. 1, 3. proprie *lyra maior, septem chordarum*, sono graui. Omnino lyra exprimit poesin lyricam, quae si non cantus verus, certe illius imitatio est. conf. Faber ad n. 1. et elegantiss. Iani ad Horat. I. 1, 34.

Βαρυς, εια, v. 45, 11. τοδ' sc. βελος εἰςιν βαρυ consentiente et postulante contextu reddendum, sicut et cel. Stroth fecisse video, *grauiter vulnerat haec sagitta.*

Βασι-

- Βασιλευς, εως, ο. rex, Meisterfaenger. 43, 4.  
 sic reddidit h. v. *Ramler* ind. Lyr. Blumenlese, ita vt cicada non ob sedem altiore, vt quidam volunt, sed ob vocis cantusque praestantiam sic vocaretur, quam interpretationem non adeo temeram atque importunam esse existimo.
- Βελεμνον, ς, το. sagitta. 14, 5. vid. quoque εις.
- Βιοτος, ς, ο. vita. 4, 8. Hesyck. βιοτϺ· βιϺ.
- Βλαβομοι, perdi. 3, 26. de neruo arcus schlaff werden. Hesyck. βλαβεται· βλαπτεται.
- Βλεμμα, τος, το. adspectus, Blick des Auges. 28, 18.
- Βλεφαρον, ς, το. palpebra, Augenlied. 28, 17.
- Βοαω, clamitare, clamore requirere. 13, 3. de Attide furente per montes oberrante. Egregie hoc voc. παθος et sonum vocis furentis exprimit. Sic Venus Adonidem quaerens: βοωσα, ποσιν, και παιδα καλευσα Bion 1, 24.
- Βοεια, ας, (ion. η, ης.) η. 14, 10. proprie pellis, bubula, quo signif. saepius apud Homerum occurrit. Il. ς, 389. σ, 382. βοος μεγαλοιο βοειην; deinde notat scutum, quia scuta ex pellibus olim conficie-

ciebantur. Hinc Hesych. βοειη· βυρσα,  
 ασπιδ. ibid. v. 18. i. q. πανοπλια die Rii-  
 stung.

Βοτρυς, υος, ὁ. racemus, Traube. 49, 10.  
 17, 13. ἀμπ. και βοτρ. docte pro ἀμπε-  
 λος βοτρυφορος, traubenvolle Reben.

Βυλη· βυλαι πολυφροντιδες 39, 6. sollicitu-  
 dines. Optime interpr. Lipsf. kummervolle  
 Plane.

Βωωτης, ς. ὁ 3, 3. Bootes, fidus prope  
 vrsam. Adpellatur quoque alio vocab.  
 Ἀρctophylax, quia quasi temone adiunctam  
 prae se quatit Arctum et quasi insequi vi-  
 detur. Ouid. Trist. 1, 4. 1. custos Ery-  
 manthidos vocatur, vbi vid. Ill. Harles.  
 conf. quoque Hesych. et Suidas sub h. v.

Βρεφος, εος, το. infans, Knäbchen. 3, 11.  
 Apte Eros ob formae exiguitatem sic adpel-  
 latur a poetis, vt Mosch. 1, 11. δολιον  
 βρεφος. Ammon. βρεφος exponit, ἐς το  
 γεννηθεν ἰυθews.

Βρεχομαι, madefieri 3, 12. vbi praef. positum  
 est pro praeterito. Βραχαισα, madefacta  
 ibid. 26. de neruo arcus imbre madido.

Βρομιος, ς, ὁ. Bromius 21, 2. Bacchi epithe-  
 ton, docte h. l. pro vino.

Βροτος, ς, ὁ. proprie mortalis, i. e. homo.  
 24, 1. 39, 7. atque vtriusque linguae  
 scri-



scriptores *mortalem* pro *hominem* ponere vel tironibus notum est. Hesych. βροτος· Φθαρτος, ἡ γηγενης ἀνθρωπος vbi v. Alberti.

Βρυον, ὄ, το. alga, Meergras. 50, 13. Thom. M. pag. 883. λεγονται δε φακοι, και τὰ ἐπι των τελματων χλοιωδη, ἀ κοινως λεγονται, βρυα. Hesych. φακος· βρυον το ἐν λιμνη, et Φυκια. Θαλαττια βρυα. Suid. Φυκος· το χωρτοδες της Θαλασσης. vid. et Alberti ad Hesych. sub v. βρυα.

Βρυω 37, 2. notat h. l. spangere, fundere. De Gratiis in honorem quasi veris rosas spargentibus. Suauissima et mollissima fictio studium dearum decentium optime significans. Sic fere summ. Vzius: hier wo die Grazien sich ihre Blumen holen. Et alii poetae in veris descriptione ideam Anacreontis diuerso quidem modo expref-ferunt. Compar. Ouid Trist. 3, 12. 5. qui infert pueros et puellas violas legentes. Lucret. 1, 7. daedala tellus aduentante Venere i. e. vere flores submittit. Peruig. Vener. ex dulciss. interpretatione *Bürgeri* pag. 12. de Venere, *wie mit blinkendem Gesteine schmückt sie bräutlich unsre Welt; streuet Blüten auf die Haine, Blumen über Wies und Feld.* Aptissime et suauissime.

## Γ.

Γαδειρα, Gades, insula et vrbs Hispaniae Boeticae in Oceano ad ostium Boetis fluvii, terminans orbem terrarum versus Occidentem, hod. *Cadix*. 32, 25. conf. Steph. Byzant. sub h. v. ibique *Berkel*. Puellas huius vrbs lasciuiae et venustatis nomine olim insignes in primis Romani amarunt. vid. Barnes ad n. 1. Martial. 6, 71. et Plin. epist. Lib. 1, 15.

Γαληνη, ης, ή· 1) 37, 4. hoc l. propria h. vocab. significatio occurrit, *maris tranquillitas*, comp. Hom. Od. κ, 94. λευκη γαληνη et conf. elegantiss. *Lenner* ad Coluth. pag. 108. 2) *serenitas adspēctus*, Blickesheiterkeit 29, 13.

Γανωω, laetum, hilarem reddere, aufheitern, frölich machen. 39, 11. a γανος quod Hesych. exponit χαρμα.

Γανυμαι, hilarem esse, gaudere, interpr. Lips. *glühen*. 8, 3. hoc verbum in genere adhiberi de voluptate animi ex suaui sensum externorum adfectione profecta bene iam docet cel. Zeune animadd. pag. 15. Sic quoque Latinorum *gaudere* et *gaudium* occurrit e. gr. Horat. 4, 11, 14. Hesych. γανυμενος· χαιρων et γανυται· χαιρει, εφραινεται. Thom. Mag. pag. 178. γανυμαι,

το ἡδονῆς καὶ χαρίτος πληρῆμαι vbi vid. *Bernard*. Ceterum cur h. l. v. producatu docet *Clark*. ad Hom. II. α, 51. γ, 267.

Γαρ 7, 11. reddit h. l. rationem sententiae eleganter praetermissae, vt saepius apud scriptores graecos, cuius rei exempla dedit *Zeune* ad Vig. pag. 481. et in animaduers. pag. 14. vid. quoque *Clark* ad Hom. Od. κ, 501. et quos laudauit cel. *Schneider* in Anmerk. pag. 307. Nostro loco itaque subintell. *desine amare, desiste a conatu amandi*, tu enim etc. Οὐ γὰρ 33, 18. fortasse quoque reddi possit *nonne?* sed tum in fine ponendum interrogandi signum (conf. *Zeune* ad Viger. pag. 447.) siue, quod mihi magis placet, *non sane, minime vero*, ita, vt adseuerationem contineat, qua ad quaestionem quandam responderi solet. vid. *Kypke* Obs. sacr. Tom. II. pag. 80.

Γεμω, plenum esse. 29, 24. χειλ. εἶπ. γεμον τε Πειθῆς est labium molle, quod ad oscula suauiter inuitat. vid. od. 28, 24. Sic fere summ. *Ramler*: nicht diesen Mund, der *Suada Sitz*, item: ihre Beredsamkeit fließt gleich dem Bache *der Suada*.

Γενειον, 8, το. mentum, das Kinn. 28, 26.

Γενος,

- Γενος, εος, το. nobilitas, generis claritudo,  
*Adel.* 46, 5.
- Γερανος, ς, η̄. grus, der Kranich. 37, 6.
- Γη, 4, ι2. tumulus, Homero γη χυτη (Od.  
 γ, 258. Il. ζ, 464.) cui libamina mor-  
 tuorum s. inferiae infundebantur.
- Γηγενης, εος, ο̄, η̄. terrae filius, Kind der  
 Erde. 43, ι6. de cicada, quoniam in agris  
 aut potius e terra nascitur. Hinc Athenien-  
 ses, qui αὐτοχθονες adpellabantur, aureas  
 cicadas crinibus suis intexere solebant, quo  
 e terra se ortos esse significarent. vid. Suid.  
 sub v. τεττιγοφοροι. Hesych. γηγενης· ο̄ ἐκ  
 της γης την γενεσιν ἐσχηκως ibique *Alberti*.
- Γλαυκος, η, ον. caelius, caeruleus. 28, 20.  
 perpetuum epitheton oculorum Mineruae.  
 Fundus est Homer. e. gr. Il. α, 206. vbi  
 conf. *Clark*.
- Γνωριζω, agnoscere, dignoscere. 54, 4. no-  
 tetur hic vis aoristi *cognoscere solet*. Aori-  
 stis enim adiuncta est vis consuetudinis  
 alicuius. vid. quoque Viger. pag. 205. ed.  
*Zeune*.
- Γονος, ς, ο̄. proprie *suboles, progenies*. 49, 7.  
 de vino, vt *foetus* Latinorum etiam de  
 arborum fructibus. Eurip. *Alcest.* 757. ad-  
 pellat vinum μεθυ μελαινης μητρος, quod  
 Schol.

Schol. exponit της ἀμπελᾶ. Hesych. γονος. —  
γεννημα.

Γοος, ὄ. γ. προπεμπειν lamenta mittere  
elegantè per *lamentari* 23, 9. coniungit  
poeta gemitus et lamenta vt Cic. post red.  
in Sen. c. 16. Hesych. γοον. θρηνον.

Γόργος, η, ον. toruus, grauis, trotzig. 29,  
12. egregie de grata oculorum grauitate,  
quae iuueni amato maxime conuenit. He-  
sych. γοργος. σκληρος vbi v. Alberti. Sic  
Ramlèr, *artiger Trotz*. Aliter fentit  
d'Arnaud animaduers. pag. 24.

Γενεμαι, supplicari. 58, 1. Hes. γενεομαι.  
ικέτευομαι.

Γραφω, pingere, quae princeps est et anti-  
quissima significatio. 28, 2. vid. de h. voc.  
in primis Valckenaer ad Theocr. Adoniaz.  
pag. 373.

Γυγης, ὄ. 15, 1. Gyges rex Lydiae opulen-  
tissimus τὰ Γυγ. sunt opes, diuitiae Gy-  
gis. Tibull. 4, 1, 198. Lydia regna, vbi  
Broukh. et nostr. loc. adtulit. De Gyge  
v. quoque Cic. Off. 3, 9.

Γυνη, αικος, ἡ. (ab antiq. γυναιξ) femina,  
muliercula, Mädchen. 2, 8. 11, 1. et fae-  
pius. Significat h. v. et nuptam et innu-  
ptam mulierem.

## Δ.

- Δαϊκτης, γ. infestus, hostilis. 42, 10.
- Δαις, τος, ἦ. conuiuium 42, 14. δαιτες πολυκωμοι, conuiuia lauta, frohes Zechgelag.
- Δαιω, discere, scire i. e. posse 53, 12. Hesych. δεδαηκας· ἐμαθες, ἐγνως, Hom. Od. 9, 134. coniungit οἶδε et δεδαηκε.
- Δακεθυμος, γ, δ, ἦ. proprie animum mordens 8, 9. δακεθυμα sc. ῥήματα λεγειν, dictis mordere, beifflend schmähen. Sic Hom. Od. 9, 185. θυμοδακης μυθος vbi v. Clark. Hesych. δακεθυμον· λυπεντα την ψυχην ibique Alberti.
- Δαμαζω, domare, subigere. 57, 5. Hesych. δαμα· δαμαζων, δαμαζει, ὑποτασσει.
- Δαμαω, supprimere, defatigare 3, 5. eleganter et adposite de festis labore. κεαται κοπω δαμεντα i. e. quietem carpunt fessi. Hinc nox a Colutho v. 309. vocatur πονων ἀμπαυμα. conf. Virg. Aen. 4, 522. ibique Cerda, qui et nostrum locum adtulit. Hesych. explic. δαμοζειν, ὑποτασσειν.
- Δαφνηφορος, γ, δ, ἦ. lauram gerens, lorbeerbekränzt. 13, 6. frequens et praecipuum Apollinis epitheton. (δαφνιος Call. H. in Apoll. 1. vbi vid. Spanh.) Docte et cum dilectu posuit poeta. Est enim  
fermo

fermo de iis, qui vaticinia edituri furore quodam diuino percidi erant. Atque Apollo nunquam nisi e coronis s. ex lauro oracula dedisse fertur. Aristoph. Plut. v. 39. Τυ δηθ' ὁ Φοιβος ἔλακεν ἐκ των σεματων; vbi vid. Bergler et Duker. Virg. Aen. 3, 360. ibique Cerda.

Δε 1) pro και 1, 2. quo vsu a poetis interdum vsurpatur (vid. L. Bos animadd. ad Scr. Gr. pag. 75.) subintellecto praecedente μεν. conf. Zeune ad Viger. pag. 520. 2) Ἐμφατικως ponitur pro δη, vero, utique 3, 30. 47, 3. ὅταν δε wenn gar, wenn vollends. v. Viger. pag. 527. 3) in interrogationibus obtinet, vt δη, vim adhortandi et redditur *quaeso, tandem* 9, 6. τι σοι μελει δε; quid *quaeso* negotii tibi mandatum?

Δεδαηκτος vid. δαιω.

Δει 4, 11. quibusdam quidem superfluum videbatur, malim tamen interpretari *decet, conuenit*. Sic quoque posuit Eurip. Alcest. 64. ἔκ αν δυναιο παντ' εχειν, α μη σε δει. vid. quoque cl. Borheck Vorlesf. pag. 38. Hesych. δει\* — πρεπει.

Δεικνω, 52, 31. Αθηνην (ἐκ) κορυφης εδεικνε Zeus ostendit i. e. protulit Mineruam e capite Iupiter. Hesych. κορυφη\* κεφαλη.

Δειλως, timide, triste, Clod. bene *melancho-*  
*lisch.* 67, 15.

Δεινος, η, εν. proprie *terribilis, horribilis*  
31, 11. 55, 9. vid. cel. Fischer ind. ad  
Theophr.

Δειρη, ης, ή. άπαλη δειρη tenera, mollis  
ceruix. 50, 18. Hesych. δειρη· τραχηλος,  
άυχην.

Δενδρος, εος, το. arbor 9, 23. *δενδρεσιν* scri-  
bere Atticus non *δενδροις* monet Thom M.  
pag. 204. et Moer. Attic. pag. 24. sed  
vid. ibi interprett. et Koën ad Gregor. de  
dialect. pag. 24.

Δεω, ligare, vincire. 30, 2. de Musis Cupidi-  
nem coronis seu florum catenis vincien-  
tibus, quae idea suavissima aeri eleganter  
incisa exstat in dulci libello Wielandii:  
*die Grazien* inscr.

Δη in interrogationibus *quaeso, tandem.* 59, 1.  
vid. et δε.

Διακονεω, ministrare. 4, 6. verbum proprium  
feruorum, qui potum cibumque ministrant,  
vt Theophr. 11, 5. *οι διακονοντες παιδες*  
vid. de hoc voc. *Wettstein* ad Matth. 4, 11.  
Erasm. *Schmid* ad N. T. pag. 70. et Ill.  
Harles Anth. Gr. ad n. l. 9, 14. *διακ. το-*  
*σαυτα tanta ego Anacreonti ministro,*  
optime



- optime hoc gloriationem loquacis columbae exprimit.
- Δίδυμος, 8, ὁ, ἡ. duplex, geminus. 29, 31.
- Διολισθαίνω, elabi, effugere, entrinnen 44, 9.  
Schol. ad Aristoph. Nubb. 433. et ex hoc Suidas explic. ἐκφυγεῖν.
- Διονυσίος, 8, ὁ. 5, 2. proprie cognomen Bacchi, sed hoc l. docte et audacter pro *pampinis*, quae potores rosaceis coronis, quibus tempora cingebant, innectere solebant.
- Δισχιλιοί, ιαι, ια. bis mille. 32, 17.
- Διωκω, auersari, fugere. 34, 5. ubi contrariam vim obtinet. Proprie enim est *agere, persequi* (fugientem). Hesych. διωκεῖν· καταλαμβάνειν φευγοντα. vid. d'Arnaud animadd. pag. 37. Bos ad Th. Mag. p. 244. Abresch in miscell. Vol. 5. Tom. 3. pag. 92. et Bach ad Xenoph. Agefil. 3, 1. pag. 237. Ceterum verss. 3-5. suauissimi molleque παῖδος spirantes ingenium puellae venustates iuuentae suae sentientis egregie exprimunt.
- Δονεομαι, agitari, fugari, fugere. 37, 8. exquisite et graphice de nigris umbrosisque nubibus, quae vere ineunte vento agitantur et quasi fugantur; terret quasi veluti veris nitor nubes easque fugat.  
conf.

conf. Lucret. 1, 9. Pertinet huc quoque illud Horatii: concidunt venti, *fugiuntque nubes*. Hesych. δονει· κινει, ταρασσει, σαλευει. 39, 11. δονειν, circumagere, choreas ducere, im Tanze drehen.

Δραρα, τα. hastae, ligna. 14, 10. Hesych. δραρε· δορατα.

Δραχμη, ης, η̄. drachma, numus Atticus, sec. Suid. sub. h. v. sex obolorum valore, Romani denarii pretio respondens. 10, 13. δραχμην pro μιαν δραχ. pro una drachma. De diuerso genere et valore drachmarum vid. Potters Griech. Arch. Part. 2. pag. 125. 154. 163. ed. Ramb. et cel. Fischeri iud. ad Theophr.

Δροσος, ος, ο̄. ros, Thau. 43, 3. rorem esse cicadarum alimentum fufe probat Cerda ad Virg. ecl. 5, 77. conf. quoque Ael. H. A. 1, 20. et Meleagr. epigr. in Analectt. Brunckian. pag. 46.

Δροσω 52, 31. δεδρωσμενην Κυδ. h. l. vbi de ortu Veneris e mari sermo est, *Cytheram rore adpersam, madidam* interpretari placet; *triefend* nos dicimus. Sic pisces frenatos, quibus vehebantur deae marinae, Propert. 3, 1, 46. *equos vorantes* (ιππας δεδρωμενας) adpellat.

Δρο-

Δροσωδης, εος, ο, η. proprie tener instar ro-  
ris, rori enim tenera et mollia comparan-  
tur, sanct. Vniuerse de quacunque re  
tenera mollique h. v. adhiberi doc. Casaub.  
ad Athen. L. 9. pag. 662. et Spanh. ad  
Aristoph. Nubb. v. 974. Exquisite de  
fronte molli et succi plena, quae apud ve-  
teres venustatis laudem habebat. 29, 9.  
conf. ibi Ill. Harles ad Anthol.

Δυνασης, ς, ο. dominus, imperans. 57, 4.

Δυνα, ingredi, penetrare. 4, 17. Hesych.  
εδυ· εισηλθε. Auctoritate Schol. ad Hom.  
Il. γ, 36. εδυμεταφορικως απυ των εις τας  
Φωλεϋς καταδυνοντων ερπετων vsurpatur.  
conf. Alberti ad Hesych. Tom. ι. p. 1087.

Δωριαζω, dialecto Dorica (quae durior erat  
atque agrestior) vti, δωρισι λαλειν 10, 6.

## E.

Εγκεραννυμι, immiscere. 38, 10.

Εγχος, εος, το. hasta. 2, 11.

Εθειρα, ας, η. coma, Scheitelhaar. 34, 2.  
πολ. εθ. de canis capillis poetae, quorum  
adsp̄ctum puella nimis delicatula fugie-  
bat. Εθειρα saepius ponitur, vbi indice-  
tur comae canities. Hom. Hym. in Ven.  
229. de Tithono. Strato in epigr. quod  
exci-

- excitat Alberti ad Hesych. Tom. 1. pag. 1092. ἤδη μοι ποί πολιαί αἱ ἐπι κραταφοισιν ἐθειραί. Euripid. Alcest. v. 470. dicit πολίαν — χαιταν. Capitis autem canities senectutis imago apud poetas. Ceterum dulces versiculi mores timide ac delicatulae puellae egregie et viuide exprimentes.
- Ἐἰ δε μη, sin minus. 10, 15. adhibetur, cum praecedit oratio imperans. vid. etiam b. *Walchii* obseruatt. in Matth. ex graec. inscriptt. lenae 1779. pag. 19.
- Ἐἰς, 14, 15. rariorem significatum obtinet et pro ὡς loco, pro, instar positum est. εἰς βελ. instar, sag. loco sagittae. vid. quoque *Doruill.* ad Charit. pag. 401.
- Ἐκας procul, weg! ferne! 53, 7. proprie est particula, qua profani a sacris arcebantur. conf. *Call.* H. in Apoll. 2. *Hesych.* ἐκας· πορρω.
- Ἐκεῖνος, η. νο, iste, ille. 12, 7. partim grauer indicat contemptum ac odium, quo hirundines in fatalem istum tyrannum incensae sunt, (conf. *Plin.* H. N. Lib. 4, 11. pag. 206. ibique *Harduin.*) partim ad loquacitatem auis terrore temperandam positum videtur. Bene *Dacieria* le mot *ce* (ἐκεῖνος) a cette force, comme le Latin

Latin

- Latin *ille*, (potius *iste*) vt Horat. 2, 13, 1.  
*ille* et nefasto te posuit die.
- Ἐκθεριζω, resecare 12, 7. proprie quidem  
 de messe, deinde quaeque improprie de  
 quacunque amputatione. vid. *Stoeber* ad  
 Thom. Mag. pag. 441. Hesych. θεριζει  
 — και ἀλοα.
- Ἐκμαινομαι, vehementer furere. 13, 4. de  
 Attide ob amorem Cybeles in furorem  
 acta. Ἐκ enim in compositione habet  
 vim augendi. conf. cel. Zeune ad Viger.  
 pag. 584.
- Ἐκσοβεω, expellere, exigere, ausiagen. 33,  
 19.
- Ἐκτος adu. *extra*. 32, 25.
- Ἐκτορ, Hector, bellatorum Troianorum for-  
 tissimus, ab Ulyssæ interfectus et balteo,  
 quod post certamen singulare ab Aiace  
 acceperat, circa muros Iliacos tractus est.  
 31, 15.
- Ἐλαια, ας, ἡ. oliua, Oelbaum. 37, 11.
- Ἐλασθεις ab ἐλαυνω, abigere, depellere,  
 scheuchen. 35, 8.
- Ἐλαφιβολος, ος, ὁ, ἡ. *ceruorum iaculatrix*  
 (vt Ouid. Fast. 2, 155.) 58, 1. proprium  
 Dianae epitheton, quod etiam Hom. H.  
 in Dian. v. 2. pag. 100. ed. *Ernesti* legi-  
 tur. Dicitur et παρθενος ἰοχραιρα Hom. H.  
 in

- in Dian. v. 2. pag. 87. Horat. 3, 22. init. *Montium custos nemorumque virgo* et 4, 6, 34. *fugaces Lynceas et cervos cohibens arcu.* Dianam ἐλαφηβολον antiquis operibus artis expressum commemor. *Winkelmann* Descript. des pier. grav. pag. 77. n. 191. et *Lippert* Dactyl. Mill. 1. n. 212. Conf. Callim. H. in Dian. v. 17. ibique Spanh. Hesych. ἐλαφηβολος κυνηγος (sic occurrit Hom. Il. σ, 319.) ἀπο εἶδός ἐνος των κυνηγεμενων.
- Ἐλεγχω, prodere, monstrare. 28, 32. το σ. ἐλ. quod cutem prodat.
- Ἐλευθερος, α, ου. liber, (de capillo) i. e. non vindictus, nullo vinculo collectus. 29, 6. Pari modo nos adiect. frei de coma non collecta adhibemus. e. gr. Wieland Endym. v. 45. die läßt es frei um weisse Schultern wallen.
- Ἐλεφαντινος, η, ου. eburneus i. e. candidus, hellweiss. 28, 12. 29, 29. Ornate et exquisite de fronte et collo niueo Adonidis, venustissimi iuuenis et cutis candore celeberrimi. conf. Bion. 1, 8. 10, 26. Poetae enim ad rem suauiter et accurate depingendam sensibusque adcommo- dandam epitheta a rerum natura sumunt. Sic quoque Latini voc. eburneus vsurpant, vt

- vt *eburnea colla* Ouid. Met. 3, 422. Heroid. 20, 57. *eburnea cervix* et *Wieland* Endym. v. 49. *ein Liliennacken*. Etenim nostra lingua epitheton *elfenbeinern* rarius admittit. Hesych. ἑλεφαντινα· λευκα.
- Ἐλιξ, ικος, ό, ή. varios, h. v. significatus recenset Hesych. pag. 1176 sq. Ἐλικες πλοκαμων 29, 7. idem ac πλοκαμος ἑλιξ i. e. *capillus tortus, crispatus*, ein kraufes, lockigtes Haar.
- Ἐλω, sumere. 29, 14.
- Ἐμπλεκομαι, implicari. 44, 8.
- Ἐνδοθεν quasi *ex intus*, ex interiore loco. 12, 5. Ad rem melius ac viuidius pingendam poetae per pleonasmum quasi vti solent particulis locum superiorem, inferiorem, exteriorem, interiorem notantibus. conf. quoque cel. Zeune animaduersi. pag. 25. Τα μεν ενδοθεν — — sc. κατα τα μεν μερη ενδοθεν οντα, von innen im Grunde 29, 4.
- Ἐνερθε infra. 50, 18. Hesych. ενερθε· υποκατω.
- Ἐνεσι θυ. 23, 7. i. e. *non queunt mortales*, quod et Latini in rebus difficilioribus imitari solent. e. gr. Cic. ad fam. 14, 5, 3. Hesych. ενεσιυ· εξεσιυ.

- Ἐξ *proxime*. 28, 10. Interdum enim haec particula admittit nec temporis interval- lum, nec alicuius rei interuentum. vid. etiam Zeune ad Viger. pag. 580.
- Ἐορταὶ Διονυσιαὶ 52, 18. haud dubie sunt Διονυσιαὶ μεγάλα, quae mense Elaphebo- lione celebrabantur. Gestabant in iis in primis feminae coronas et ferta rosacea, quia rosa etiam Baccho sacra fuit. Diony- sia discant studiosi ex Potters Griech. Arch. Part. 1. pag. 834. ed. Ramb.
- Ἐπερχομαι, aduenire (praeter opinionem). 23, 4. exquisite de morte semper homi- num opinione citius aduentante. vid. cel. Schneider Anmerkk. pag. 196.
- Ἐπηρεατος, ἄ, ὄ, ἤ. gratus, iucundus. 6, 15. Hesych. ἐπηρεατον· ἐπερασον vbi Abresch obseruatt. miscell. VI, 403. legendum iubet ἐπερασον. conf. Schneider l. 1. pag. 96.
- Ἐπικαιω, vehementer calere, ardere. 21, 7. ἐπι enim in compos. auget.
- Ἐπικερτομεω, deludere, deridere, höhnen, verspotten. 8, 7. Hesych. ἐπικερτομων· ἐπισκωπτων et Suid. ἐπικερτομοσι· χλευα- ζουσιν.
- Ἐπιληνιοὶ ὕμνοι 51, 8. torcularii hymni i. e. carmina, quae torculatores inter calcan- dum



dum vuas in laudem et honorem Bacchi canebant, *Kelterlieder*. Haec Epilenia etiam in pompis dionysiacis ad tibias canebantur a satyris vuas calcantibus. Narrat Athen. Libr. 5. pag. 199. ed. Casaub. ἑπατην δε ἑξηκοντα Σατυροι προς αὐλον ἀδοντες μελος ἐπιληνιον. De epilenis vid. quoque Rittershus. ad Oppian. Cyneg. I, 127.

Ἐπισαμαι, scire, cognoscere. 54, 6. ἰδων ἐπισ. haec orationis forma, quam et Latini habent, actionis alicuius celeritatem significat; *video et cognosco, so bald als ich* — so etc.

Ἐπιτεγγω, imbuere, superfundere. 52, 41.

Ἐποργιαζω, sacra celebrare. 32, 23, proprie de Dionysiis s. mysteriis Bacchi. conf. Potters Griech. Arch. Tom. I. pag. 834. ed. Ramb.

Ἐρασμος, ὄ, ἡ. amabilis. 9, 1. vbi habet femin. ionicum.

Ἐρατος, ὄ, ον. actiue i. e. amans, amore abreptus, verliebt. 51, 15.

Ἐργον, ὄ, το. 37, 9. Baxter h. l. intelligit contra mentem poetae quidem omnemque pulcri sensum *urbes, templa, arces*. Sed quid quaeso veri redeunti cum urbibus et templis? Nitor veris naturam animat, ita,

vt ad vitam redire, laeta florescere atque splendescere videatur. Malim itaque ἔργα cum aliis eruditis interpretari *arua*, *sata florida*, quo sensu voc. ἔργον frequenter apud Graecos legitur. Fundus huius signif. est Hom. Il. μ, 283. πεδία λωπευντα, και ἀνδρων πιονα ἔργα. Herodot. 1, 36. Μυσων ἔργα. Ael. V. H. 9, 25. ἔργαζς i. e. *agrum cole*. conf. Doruill. ad Charit. pag. 732. et Viger. pag. 87. ibique cel. Zeune. Hesych. ἔργα. — — ποτε τὰ κατὰ τὴν γεωργίαν vbi et ad v. ἔργον vid. Alberti, et Cerda ad Virg. Aen. 2, 306.

Ἐρεθίζω ἔρεθίζει 22, 5. explicat Faber *leni agmine fluit*; non male, sed melius Casaub. (ad Athen. pag. 590.) *susurro oblectare*. Equidem praeferrem interpretationem Alberti ad Hesych. Tom. 1. pag. 1421.) *garrere, garriendo oblectare*. Latinorum *murmurare* conuenire videtur. Nemes. ecl. 4, 47. lene fluens fons *murmurat*. Claud. in Rufin. 1, 214. labentis *murmura* riuu. Dulciss. Hoeltii (Voff. Alm. 1778. pag. 116.) de riuo arbutis cincto suauiter et graphice canit: Dein *Gemurmel*, das leis über die Kiesel schlüpft; Euer zitterndes Laub düftende Freun-

Freun-

Freundinnen gießt ein lindes Erbeben  
durch die Saiten der Sele mir. Superam  
interpretationem firmat Hesych. ἐρεθίζει  
— — γηγυεται garrit. Hanc enim  
unicam veram lectionem e tenebris quasi  
protraxit doct. *Alberti* ad h. l.

Ἐρμης, ἄ, ὅ. Mercurius, cuius manus, quas  
in manibus Bathylli imitari iubet poeta  
pictorem, ob gracilitatem et flexibilitatem  
laudabantur. 29, 31. De pulcritudine hu-  
ius dei quaedam disputat *Galen.* πρῶτ.  
cap. 3. pag. 19. ed. suauiff. *Koehler* et  
*Winkelmann* in Geschichte der Kunst.  
Wien 1776. pag. 282. Venustissimas Mer-  
curii imagines inueniens in Anticha di  
Ercolano Tom. 6. pag. 115. et Pitture  
antiche d'Ercolano Tom. 3. Tab. 12.

Ἐρυθριμα, τος, το. proprie radix, quae etiam  
ἐρυθροδανον dicitur, qua feminae, quae  
suauem illam et naturalem genarum rosam  
amiserant, faciem pingere solebant. He-  
sych. interpret. ἡ ρίζα, ἡ λεγομενη Ἐρυ-  
θροδανον; deinde rubor. 29, 20. conf.  
*Suidas*. Ornate et exquisite verecundiam  
significat, quae perfundere solet faciem  
suauis rubore.

Ἐρυθρος, α, ον. ruber. 31, 8.

- Ἐρωτιδευς, εως, ὀ. diminutivum ab ἔρως.  
33, 13. ἔρωτιδεις, amorculi, Amorettchen,  
Amorine. De vario et diuerso modo, quo  
diminutiua definiunt conf. cel. Fischer  
animaduersif. doctiff. super Welleri gram-  
mat. pag. 130 sqq.
- Ἐσοπτρον, ς, το. speculum. 2, 3. 20, 5.  
voc. rar. pro frequent. κατοπτρον, quod  
poetis est familiare. De speculis veterum  
metallicis, ex aere, argento, item e car-  
bunculis vitroque confectis vid. copiosissi-  
me disputantem Spanh. ad Call. H. in Pall.  
pag. m. 544. 548. 549
- Ἐταιρη, ης, (ion. pro α, ας.) ἡ. amica, Maed-  
chen. 4, 15. pari modo Latini voc. ami-  
ca vsurpant.
- Ἐτησιος, α, (ion. η.) ον. 33, 2. docte et  
ornate adiect. pro aduerbio, *singulis annis,*  
*quot annis, alle Jahre, jährlich.* Hesych.  
ἐτησιον κατ' ἔτος γινόμενον.
- Ἐτρωθη vid. τιτρωσκω.
- Ἐυβοτερος, ς, ὀ, ἡ. 18, 17. ἀμπ. ἐυβοτε.  
vitis vuis plena atque ornata, trauben-  
reich.
- Ἐυδία, ας, ἡ. 15, 11. cel. Fischer de *vale-*  
*tudine* accipit. Proprie est *coeli serenitas.*  
Suid. ἐυδία ἡ ἀνευ ἀνεμων ἡμερα. Me-  
taph. omnino *vitae iucunditas* vt Pind.  
Ol.

- Ol. 1, 158. μελιτοεσσαν εὐδιαν ad quem 1.  
vid. Ill. Harles et Ill. Heyne ad Pyth.  
5, 12.
- Ἐυδω, dormire. 25, 2. Hesych. εὐδειν \* κα-  
θευδειν. κοιμασθαι.
- Ἐυθεως, statim. 10, 14.
- Ἐυθυ et εὐθυς statim, simulac. 3, 15. 33, 15.  
Hesych. εὐθυ \* παραχρημα.
- Ἐϋϊος, 8, 6. Euius i. e. Bacchus. 18, 11. Ho-  
rat. 2, 11, 17. dissipat *Euius* curas edaces.
- Ἐυναζομαι, dormire, quiescere. 41, 10.
- Ἐυπεταλος, 8, 6, 7. bene foliatus i. e. magnis  
foliis vestitus, schönbelaubt. 18, 16.
- Ἐυπρεπης, εος, 6, 7. decens, formosus. 18,  
18. de pueris in poculo caelato signandis.  
Sic Horat. 1, 4, 9. *Gratiae decentes*. He-  
sych. εὐπρεπεια \* εὐμορφια. Ceterum εὐ-  
πρεπης pulcrius dictum esse quam εὐμορ-  
φης vett. grammatt. contendunt vid. Thom.  
M. pag. 392. ibique interprett.
- Ἐυρυς, εια, υ. 35, 5. ποντος εὐρυς, mare ma-  
gnum, altum i. e. mediterraneum, per  
quod Iupiter Europam transtulit in Cretam  
insulam. Hesych. εὐρυ \* πλατυ, μεγα.
- Ἐυτελιζω, contemnere, 45, 10. Hesych.  
εὐτελεια \* ταπεινωσις.
- Ἐυωδης, εος, 6, 7. bene olens. 39, 17. μ. εὐ.  
τεγξ. δεμ. i. q. μεμυρισμενος (44, 22.) vn-  
guen.

guentis nitens, von Salben düftend. Hesych. *ἔνωδει· ἐνοδμῶ.*

*Ἐφευρετής*, *ε*, *ο*. inuentor. 41, 3. adprime Bacchus inuentor. chorearum dicitur, quia vinum homines, senes et iuuenes, saepius ita reddit hilares, vt sponte saltare incipiant.

*Ἐφηβος συμποτής*, compotor adolescens, iunger Zecher. 42, 4.

*Ἐπισήμη*, adesse, adstare. 3, 6. vbi *ἐπισήμεις* dictum pro *ἐπίσας*, ob quam generis enallagen Graecis non inusitatam (vid. Zeune ad Viger. pag. 211.) nolim confugere ad recentiore poematis illius auctorem.

*Ἐχω*, 1) tenere, premere. 14, 20. omnino h. l. verbum simplex positum pro compos. *κατεχειν*. 2) *εχειν* adcusatiuo iunctum saepe neutraliter sumitur, *εχειν και τι τερπνον magnopere oblectari, magna perfundi voluptate*, vbi quoque notandum est, partic. *και* et pronom. *τις* cum adiectiuo construct. habere vim augendi. vid. sub *και* et Viger. pag. 247. ed. Zeune. 3) *εχειν* vti aduerbiis ita et participiis iunctum obtinet potestatem verb. subst. *ειναι*, quae aptissima mihi videtur explicatio soluen-  
dis elegantiss, quas hoc. verb. efficere so-  
let.

let. 29, 16. κ. ἔχεται λαλων σ. i. e. fit loquens cera, dum tacet. Ceterum de vario et eleganti vsu huius verbi vid. Ruhnken ad Tim. pag. 184. Hemsterhuf. ad Aristoph. Plut. pag. 472. et Viger. pag. 242. ed. Z.

## Z.

Ζεω, feruere, efferuescere, schäumend brausen. 51, 10. exquisite de musto; Ἐρατον πιθοις — — quando vident, efferuescere mustum doliis gratum.

Ζητεω, quaerere. 30, 5. Elegantiores Graeciae scriptores adhibent hoc verb. pro *velle, conari*. Sic Aristoph. Plut. vv. 573. 590. Equit. v. 814. conf. Lamb. Bos animadd. pag. 6; Hesych. ζητειν· βελεσθαι, ΑΤΤΙΚΟΙ ibique Alberti.

## H.

Ἡβη, ης, ἡ. iuuentas. 53, 2. 55, 3.

Ἡλιαω, solem referre, solis instar candicare. 29, 5. κομ. ἡλ. coma rutilans, solari quasi splendore renidens; hinc Faber ad h. l. proprie *splendens*. Ornate et docte κομ. ἡλ. dictum est pro κ. ξανθη, *coma, flaua, blondes Haar*, quae suauem quendam splendorem solis colori similem refert. De

colore, quem veteres in capillis amabant  
vid. Winkelm. Gesch. der Kunst pag. 373.

Ἡμιθηλὺς, femiuir h. e. nec mas nec femina.  
13, 2. de Attide exquisite! illi enim, vt fa-  
bula narrat, iussu Cybeles genitalia dese-  
cata sunt. *Bentlei* in epist. ad *Gaconem*  
Francogallum h. v. explicat *pene puella*,  
mollibus femineisque fere membris prae  
pulcritudine.

Ἡμιλεπτός, ὄ, ἦ. semiexclusus, halbaus-  
geschlüpft. 33, 10. de recenti amore, quem  
poeta exquisite et facete sub pullo semiex-  
cluso repraesentat.

Ἡνία, ας, ἦ habena, lorum, Zügel. 59, 7.

Ἡπαρ, ατος. το. iecur, hepar. 3, 28. hanc  
corporis partem amoris sedem esse veteres  
vtriusque linguae poetae docuerunt. e. gr.  
Mosch. 1, 17. ἐπὶ σπλαγχνοῖς (Hesych.  
σπλαγχνᾶ ἥπαρ) δε καθηται. Horat. 1,  
25, 15. tibi flagrans amor saeuiet circa *ie-  
cur* vlcerosum, vbi vid. cel. *Iani*. Copiose  
hanc materiam exposuit Schwebel ad Mosch.  
l. c.

Ἡσυχὸς βίος 42, 15. ἰ. q. βίος γαλήνη 39,  
15. vitae tranquillitas, securitas. Hesych.  
ἡσυχία γαλήνη, ἡρεμία et ἡσυχὸς  
ἀπραγμων.

Ἡτορ,



Ἦτορ, ορος, το. animus, cor, 39, 2. 42, 9. vocab. poetic. μεν et ἔμον ἠτηρ pro ἔγω vt 36, 11. ψυχη μν, sed doctius et elegantius dictum est. Hesych. ἠτορ· ἢ ψυχη, θυμος.

Ἠφαισος, 8, ὁ. 17, 2. Vulcanus docte et ornate pro opifice metallico.

Ἠχεω, sonare, resonare. 1, 4. proprium esse lyrae docet L. Bos animadd. pag. 76. Hesych. ἠχει· φωνει, ψοφει.

⊙.

Θαλια, ας, ἡ. conuiuium publicum, dapes, 52, 17. Hesych. Θαλια· — — εὐωχια, πανηγυρις; et Schol. ad Homer. Od. λ, 602. explicat Θαλιης, ταις των Θεων εὐωχιαις. Oppos. τραπεζαι, quae sunt epulae minores priuatae.

Θαλπω, proprie calefacere. Hesych. Θαλπω· θερμαινω. 52, 13. terere, tractare, drücken. Dulcem, inquit, odorem spirat rosa ei, qui eam decerpit et digitis tractatam naribus leniter admouet.

Θεητος, (ion. pro Θεατος) η, ον. proprie spectabilis, de corpore. 49, 12. δεμας θ. non tam pulcrum, quam firmum et sanum corpus cel. Fischer interpretatur. Malim prius. Hesych. Θεατος· το εκλεκτον. ορατον, και θεωρητον.

Θελγω,

- Θελγω, 51, 19. ἐς ἐρωτ' αἰωρα θελγει (sc. iuuenis puellam) προδοτιν γ. γ. ad amorem intempestiue allicit, vt proditrix nuptiarum fiat, i. e. vt ante nuptias vsum Veneris concedat, Γαμον enim interdum verecunde poni pro συναστια docet Spanhem. ad Call. H. in Del. 240. Hesych. αἰωρον· ἀπρεπες, ἀκαιρον et θελγει. θαλπει, μαλασσει, κηλει, τερπει.
- Θελω. cupere, desiderare, adpetere. 29, 37. quo sensu etiam Latini verb. *velle* vsurpant.
- Θερος, εος, το. ver. 33, 3, Hirundines mensibus hibernis migrare et aduentante vere redire, veterum erat opinio. Plin. H. N. Lib. 10. cap. 34. ad quem l. et emendatt. n. 30. vid. *Harduin*. Ael. H. A. Lib. 1. cap. 52. Philem. fragmm. 101. pag. 374. ed. *Cleric*. ἡ μὲν χελιδων αὐτο θερος λαλει.
- Θιασος, 8, ο. 39, 23. proprie *coetus ad Deorum cultum institutus*, in specie Bacchicus coetus; deinde in genere *quiuis sodalium coetus*, vt h. l. et Zonar. lexic. msspt. Θιασος· το ἀθροιζομενον πληθος ἐπι τιμη Θεσ. Hesych. Θιασος· χορη συσασις, ἡ συλλογος· και το ψιλον πληθος· ἐστ' ὅτι δε, και το Βακχικον· ἡ ἔσμος γυναικων vbi vid. Alberti et quos ibi laudat. Conf. et Spanhem. ad Aristoph. Plut. 508. Hemsterhus.

sterhus. ad Polluc. 9, 143. et Cerda ad Virg. eclog. 5, 30.

Θρασικαρδιος, ς, ό, ή. ferox, strenuus, mu-  
thig. 58, 5. Θρασ. άνδρ. έγκαθορα πολ.  
χαιρσα strenuorum urbem propitia tuea-  
ris.

Θριξ, τριχος, ή. capillus (canus) 47, 4. ele-  
ganter et adposite de prouecta aetate.

Θυελλα άνεμοτροφος, procella rapida, prae-  
ceps, Sturmwind. 41, 14. Sic dulc. Hoelty:  
Gebet Harm vnd Grillenfang Gebet sie *den*  
*Winden*. Sollemnis idea apud poetas animi  
aequitatem significans. Hesych. Θυελλα  
άνεμος συσροφη, και όρμη, ή καταγις.

Θωρηξ, ηκος, (ion.) ό. thorax, Panzer,  
Brustharnisch. 14, 9. voc. apud Homerum  
saepissime occurrens. Hesych. Θωραξ, όπλον,  
πυργος, χιτων, λωρικιον — —

## I.

Ίαινομαι, gaudere, laetari. 39, 2. Hesych.  
ιανθη. έχαρη, διεχυθη, ήυφρανθη et ιαινε-  
σθαι. διαχεισθαι vbi vid. Hemsterhus.

Ίδε πως, *vides ut*, siehe wie! 37, 1 sq. for-  
ma quam et Horatius imitatus est. Od. 1, 9, 1.  
14, 3. Sermonn. 2, 2, 76.

Ίδρωσ, ωτος, ό. sudor. 7, 6. vid. et τειρω.

Ίλαρος, α, ον. est Latinorum *hilaris*. 41, 1.

Ίμερος,

- Ἰμερος, 8, ὁ. 50, 26. est Iocus, filius Veneris, qui cum feruido puero matrem ridentem semper circumuolat. conf. Quint. Cal. 5, 71. Hesiod. Theog. 201. et elegantiff. *Iani* ad Horat. 1, 2, 34.
- Ἰνα cum indicat. significat i. q. ὅπῃ ἀν. 50, 30. ἶνα νηχ. quocunque natat. conf. Viger. pag. 540. ed. Zeune.
- Ἰον, 8, το. viola, *Viole*. 50, 21. κρ. ὡς ἰ. ἴλ. ut lilia violis innexa.
- Ἰσλος, 8, ὁ. proprie lanugo, Milchhaar. Gloss. vett. ἰσλος, ὁ χνυς των γενειων et Hesych. ἰσλοι· αἱ πρωται των τριχων ἐκφουσεις. Apte et exquisite 5, 10. de molibus Cupidinis capillis (Ouid. ex Pont. 3, 3, 17.) lanugini similibus. vid. Calpurn. ecl. 2, 85. Redderem *weiche, seidne Locken*.
- Ἴππος, 8, ὁ. equitatus, copiae equestres, *Reiterheer*. 16, 4. vbi Barnesius dormitauit et contra omnem poeseos elegantiaeque sensum adlusionem ad equum illum Troianum inuenisse sibi videbatur. Ἴππυς, vt apud Lat. *equos*, saepius etiam pro *equitibus* adhiberi notum est. conf. quoque *Bach* ad Xenoph. Ages. 2, 3. pag. 224.
- Ἴπταμαι, volare 20, 3. hoc voc. Phrynich. pag. 142. et Thom. Mag. pag. 473. e finibus

- bus Atticis exulare iubent, sed vid. interpret. ad l. Th. M.
- Ἰπτω, frequens quidem significatio h. v. est *laedere, offendere*; sed 67, 19. notat *curatius percutere, verwunden, aufreissen*. Hesych. ἰψαο̅ καταβλαψας, ἐφθειρας.
- Ἰσημι, stare. 30, 1. docte et graphice de Niobe, filia Tantali et Diones in saxum conuersa.
- Ἰση, ης, ἡ. (ion. pro ἐσία) focus, Kamin. 3, 19. bene Hesych. ἐση̅ πυρ. Proprie ἐσία fuit ara Vestae in Prytaneo, in qua perpetuus ignis aleretur. Sic enim Pollux 1, 8. ἔτω (sc. ἐσίαν) δ' ἂν κυριωτατα καλοῖται την ἐν πρυτανειῶ, ἐφ' ἧς το πυρ το ἀσβεσον ἀναπτεται, vbi vid. Kühn, Casaub. ad Athen. pag. 334. et copiosissime differentem Spanhem. ad Call. H. in Cer. v. 129.
- Ἰσχιον, ος, τό. 54, 1. ἰσχια, clunes, Hüften. Hesych. ἰσχια̅ τὰ ὑπερανῶ των μηρων.
- Ἰτυς, υος, ἡ. proprie de *curuatura rotarum et clypeorum s. umbone*. 28, 17. ornate et docte de suaui palpebrarum circuitione, Bogen. vid. cel. Schneider ad h. l. Hesych. ἰτυς̅ ἡ ἐσχατη ἀψις, ἡ περιφερεια της ἀσπίδος και τῶ τροχῶ, και παντος περιφερης το τελευταῖον μέρος.
- Ἰφι-

Ἴφιτειον τόξον, arcus Iphiti, Euriti et Antio-  
pes filii, quem Hercules occidit (Hom.  
Od. φ, 27.) et arcum illius abstulit, quo  
tamen postea abusus est in furore contra  
uxorem et liberos suos. 31, 12. vid. quoque  
Barnes. ad h. l.

## Κ.

Καδμος, 8. 1, 2. per *Cadmus* regis Agenoris  
filium Thebarumque conditorem docte si-  
gnificatur bellum Thebanum, quod inter  
eius nepotes ortum est.

Καθαίρω. 29, 44. καθαλων τριτον δε τον Απολλ.  
h. loc. subinde vexavit et turbavit inter-  
pretes. Series idearum rei que natura tri-  
buere videtur vocabulo καθαλων vulg. si-  
gnificationem *delere*, ut sensus sit: si for-  
te delere velis huius Apollinis imaginem  
nouam Apollinis effigiem picturus, pote-  
ris venustatem et formam a Bathyllo su-  
mere, tanta est utriusque similitudo. Plura  
disp. Ill. Harles ad h. l. et cel. Schneider in  
Anmerkk. pag. 260 sq.

Καδιζω, confidere. 9, 23. sc. εμαυτον vid.  
Wolle ad Küster de V. M. pag. 96 sq. et  
Thom. Mag. pag. 486. ibique interprett.  
Καθισον sc. σεαυτον *compone te ad seden-*  
*dum*. 22, 2. differt καθισον a καθησο, ita,  
vt

vt prior vox eius fuerit, qui simpliciter, vt fedeat aliquid aliosue federe etiam faciat, imperat; posterior autem eius, qui siue stantem alloquatur, et federe ac quietum permanere iubeat. vid. Ill. Harles ad h. l. Clark ad Hom. Il. β, 191. Ammon. pag. 80.

Καθόδος ἀργαλεῆ difficultis descensus, 55, 11. Hesch. ἀργαλεῆ χαλεπή, δεινή. et Schol. ad Aristoph. Plut. 1 interpretatur χαλεπόν, δυσκόλον, δυσχερές adde Hemsterhus. ad h. l.

Και, vel, adeo. 9, 37. 1) in interrogationibus vim habet impellendi et cohortandi, vt quoque Latini suum *et* adhibere solent, et redditur *quaesio*, *tandem*. 19, 7. 23, 8. 9. conf. quoque cel. Zeune ad Viger. pag. 508 sq. 2) interdum ponitur pro δε etiam non praecedente μεν 14, 8. καγω *at* ego. conf. l. c. pag. 505.

Και δὴ *quin etiam*, fogar. 67, 44.

Καινός, η, ον. nouus, diuersus. 16, 6. de nouo ac diuerso puerorum puellarum exercitu, a quo poeta vincebatur.

Καλλός, εος, το. pulcritudo, venustas. 2. 9. Bene iureque tribuit poeta pulcritudinem mulierculis graecis. conf. si lubeat, quae hac de re disputauit in comment. 1. *über die redende Grazie* pag. 7.

Καλος, η, ον. pulcer, suavis. 13, 1. καλη Κυβ. non alma sed *formosa* Cybele explicat Bentlei; bene. 12, 8. exquisite de somniis, quia poeta sibi visus est per quietem amplecti dulcem suum Bathyllum. Sic Sum. Ramler den *schönsten* Traum von Iris. Denique ad 8, 10. καλας ἐκεινας obseruat d'Arnaud animaduersif. pag. 9 sq. puellas graecas ab amasiis suis simpliciter dictas fuisse τας καλας.

Καλυπτω, 36, 12. tegere, velare, einhüllen, nimirum velamine, quo corpora defunctorum tegebantur. Consentit mecum cel. Stroth. ad Chrest. gr. pag. 195.

Καμινος, 8, 6, η. fornax i. e. officina, Feuereffe. 45, 2. de officina Vulcani, quae Hom. Od. 9, 273. χαλκεων dicitur. Vocabulum καμινος poetas vsurpare de fornace Cycloporum et Vulcani docet Spanhem. ad Call. H. in Dian. 60.

Καὶν 1) 7, 8. paene, propemodum, beynahe. καὶν ἀπεσβ. in eo fere eram, vt animam efflarem, propemodum extinctus fuiffem, Testibus enim vett. grammatt. ἀπεσβη ponitur pro τεθνηκεν. Hesych. καὶν • και δη, αὶν ἀλλω. vid. in primis Hoogeu. de Particc. sub. h. v. 2) καὶν et κῆν habet vim *aduersandi, etiamsi, licet.* 9, 19. 30, 7.

38,



38, 3. 3) vim *augendi*, adeo, etiam 34, 6. huc pertinet glossa Hesychii supra allata. Ceterum de eleganti vsu et scriptura h. part. copiose disputat cel. *Zeune* ad *Viger.* pag. 510. 511.

Κανωβος, 8. 32, 20. (variant auctores in scribendo hoc vocab. e. gr. Steph. Byzant. Κανωπος) Canopus parua insula ad ostium Canopicum Nili et vrbs eiusdem insulae, sic dicta a Canopo Menelai gubernatore ibi moriente atque sepulto. In memoriam Canopi Menelaus ibidem templum condidit. vid. d'Arnaud animaduersf. pag. 184. Steph. Byzant. sub h. v. et Holsten in castigatt. pag. 158. De lasciuia et luxurie huius oppidi conf. Strabo Lib. 17. pag. 1152. ed. Almelou. Iuuenal. Sat. 6, 84.

Καθα, το. indecl. caput. 36, 9. το καθα elegantiae Atticae magis conuenire quam η καθα contendit Thom. Mag. pag. 530. ποιηται δε ο κρας, και το καθα. επι θυλυκx δε η καθα παρ' εδενι ευρηται, sed vid. ibi *Sallier.*

Καρηνον, 8, το. vertex. 39, 14.

Καρια, ας, (ion. η, ης) *Caria*, regio Asiae minoris. 32, 16.

Καρω, sopire, vino obruere, in Schlummer wiegen. 36, 11. Hesych. *καρωθεις· μεθυσθεις.*

Καρπος, 8, 6. fructus. 37, 10. 11. vid. de hoc. voc. Thom. Mag. pag. 190. ibique interpret.

Καρτερω, 23, 3. *εκαρ. φυλαττων perseveranter custodirem.* Elegans orationis forma Atticis in primis scriptoribus familiaris, qua participium verbo iunctum per verbum redditur et verbum vim participii aut adverbii obtinet. D'Arnaud animaduersif. pag. 15. discessionem facit et *καρτερον* redundare probatum iuit exemplis, quae rem suam non satis firmare videantur. conf. de hoc Graecism. Viger. pag. 335. ed. Z.

Κατα 1) cum genituo *in, per.* 10, 16. 2) cum adculat. pro *εις in.* 17, 7. 51. 4. *per* ibid. 11. cum eod. casu etiam propinquitatem loci significat, *coram, iuxta, prope, an.* 3, 3.

Καταβρεμω, 6, 5. *καταβρ. κ. πλ. θυρσοι,* baculus hederarum frondibus fremens. Interpr. Lipsf. bene reddit *umrauschen.* Exquisitum epitheton rei naturam optime exprimens. Hedera enim leuiter concussa s. vibrata sonitum edit. vid. quoque cel. Schnei-

Schneider Anmerkk. pag. 93. Ceterum haec suauissima ac viuida pictura innuit morem veterum maxime Graecorum, qui in comissionibus hastas hedera implexas vibrantes saltabant. conf. de hac re omnino *Schwarz* de commissatt. veterum. Altorf. 1744.

Καταβρέχω, vngere, salben, 15, 6. de barba vnguenda.

Καταγωγιον, 8, το. hospitium i. e. locus amoenus, Lager, Wonneplatz. 22, 8. cum dilectu de fonte murmurante ad recumbendum inuitante. Sic Propert. 1, 20, 10. vago fluminis *hospitio*. Sed Graeciae tantum et Italiae poetae ob calidiorē, in qua viuerent, plagam ad recumbendum prope fontes inuitare poterant. Nostri poetae dum hoc imitantur, mores loci laedunt. Hesych. καταγωγή· οίκημα.

Κατασχιζω, dirumpere, abrumpere. 3, 9. exquisite et docte de turbatis somniis. At nos non possumus dicere. den Traum zerreißen. Ceterum praepos. κατα hoc l. augendi vim habere videtur, du verscheuchst *ia* meine Träume. conf. Zeune ad Viger. pag. 618 sq.

Καυμα, ατος, το. aestus vini. 21, 3.

Καχαζω, cachinnari. 3, 29. de exiliente et gestiente Erote. Hesych. καχαζειν (sic enim ibi legendum pro καφαζειν) γελασν.

Κειμαι, iacere. 4, 9. verb. proprium mortuorum et interfectorum. conf. Eurip. Alcest. 899. Bion 1, 7. Tyrt. 1, 22. vbi v. Kloz et Ill. Harles. Eodem sensu Latini iacere ponunt. Ouid, Trist. 3, 1, 50. 3, 5, 34. vbi v. Harles. Tibull, 2, 5, 109. Burm. ad Phaedr. 1, 24. Drakenb. ad Sil. Ital. 2, 594. 3, 469. Deinde exquisite et adposite de potatoribus 26, 5. 9. qui saepe veluti exempti iacere solent.

Κεκερασμενος v. κεραυννυμι.

Κελαινος, η, ον. niger. 28, 17. Hes. κελαινη· μελαινα.

Κελεβη, ης, η̄. poculum. 56, 2. Hesych. κελεβη· ποτηρις ειδος θερμηρης. conf. Casaub. ad Athen. pag. 193. Athenaeus, qui hoc od. nobis seruauit, de voc. κελεβη haec dicit: αδηλον δε, ποιον ειδος ε̄σι ποτηρις, η̄ (παν ποτηριον.) Κελεβη καλειται απο τ̄ς χεειν εις αυτο την λειβην, η̄ το λειβειν τ̄στο δε επι τ̄ς ῡγρη συνηθως ε̄ταπτον, αφ̄ ε̄ λεγεται και ο̄ λεβης.

Κεντρον, ος, το. aculeus, Stachel. 40, 13. το κ. το τας μ. venustas in iterando articulo graecae linguae fere propria et in Anacr. saepius

- saepius obuia, quam Germani tantum exprimere et imitari possunt, *der Stachel der von der Biene.* vid. et Ill. Harles ad h. I.
- Κεραυνυμι, miscere, immiscere. 29, 13. Hesych. κερασαι· μιξαι, ενωσαι, συναψαι.
- Κερας, ατος, το. (proprie *cornu*) *arcus*, 3, 31. ob similitudinem. Sic latin. *cornu* saepius pro *arcus* ponitur.
- Κερδος, εος, το. *lucrum*, *Gewinst*. 39, 25.
- Κηρινος, η, ον. *cereus*, e *cera* fictus. 10, 1. de signo Cupidinis, quod iuuenis vendebat. Veteres artifices vti ex varia materia sic quoque ex *cera* Deorum imagunculas maxime in pauperum gratiam confixisse fuisse iam docuit cel. Schneider in Anmerkk. pag. 71. conf. quoque Potters Griech. Arch. P. II pag. 549. ed. Ramb. vbi et noster l. excitatur.
- Κηροτεχνης, ς, ο. *cerarius*, *Wachsbofierer*. 10, 9.
- Κισσος, ς, ο. 6, 5. κοισσοι πλοκαμοι, *nexus hederacei*; audacter et docte, primum quod substant. pro adiectiuo; (vt *γυναικα μαζον* Hom. Il. ω, 58. vbi v. *Ernesti*.) deinde quod *πλοκαμος coma* pro *hedera* eaque in coronam *nexa* dictum est. Ceterum *coma* pro arborum foliis omnique pariter herba apud poetas vtriusque linguae frequens est. conf. nostr. 22, 3. de hac

- hac audacia vid. Tit. ad Nemes. 4, 23. et  
 Ill. Harles ad Chrest. Lat. poet. pag. 159.
- Κισσοσεφης, ες, ο, η. hederā coronatus,  
 epheubelaubt. 26, 5. exquisite de poeta  
 potante; hederā enim sacra fuit Lyaeo.
- Κιχανω,prehendere,haschen,einholen. 44,  
 5. Sic adhibetur de Vulcano Mercurium  
 adulterum comprehendente. Hom. Od. 9,  
 329. Hesych. κιχανειν· καταλαμβανειν.
- Κλαδισκος, 8, ο. ramulus, Aestgen. 22, 4.  
 dimin. a κλαδος.
- Κλαρος, 8. 13, 5, proprie oppidum Colopho-  
 niorum in Ionia (Strab. lib. 14. pag. 951.  
 Almelou.) vnde Apollo *Clarius* dicitur,  
 de quo copiosus est Spanhem. ad Callim.  
 pag. m. 89. Nostro loco intelligitur fons  
 iste famosus iuxta Clarum Apollini sacer,  
 cuius poru (auct. Plin. H. N. Lib. 2. pag.  
 121. ed. Harduin.) mira reddebantur ora-  
 cula. „Huius fontis meminit etiam Scho-  
 liastes Apollonii in Libr. 1. v. 308. cuius  
 locus idcirco notari meretur, quia origi-  
 nem fontis memorat. En verba. Λεγεται  
 δε και κρηνην αναβλυσαι απο των δακρυων  
 Μαντης (erat Tiresiae filia, quae vastatio-  
 nem patriae plorauerat. conf. *Potters*  
*Griech. Archaeol.* P. 1. pag. 642 sq. ed.  
 Ramb.) κατα Κλαρον, και μαντειον εκει  
 'Απολ-

- Ἐπιπολλωνος αὐτὴν κατασησαι. Tertullian. de anima cap. L. *Sed aut ebriosos reddit Lyncestorum aut lymphaticos efficit Colophonis scaturigo Daemoniaca.* Macrobius Saturn. Lib. I. cap. XVIII. *In hoc Adyto vaticinaturi plurimo mero sumto, ut apud Clarium aqua potata effantur Oracula.* Porphyrius epist. ad Anebonem. ὡς τῶν ἐξισαμενων ἐνιοι τινες αὐτῶν ἀκχοντες ἢ κυμβαλων, ἢ τυμπανων, ἢ τινος μελῆς ἐνθυσιωσιν, ὡς οἱ κοριθαντιζομενοι, και οἱ τῷ Σαβαζιῳ κατοχοι, και οἱ μητριζοντες· ὁ δε ὕδωρ πιοντες, καθαπερ ὁ ἐν Κολοφῶνι ἱερευσ τῆ κλαρις. „Haec sua manu adscripserat Jablonsky margini exempli sui, quod ego nunc possideo.) conf. quoque Tacit. An. 2, 54. et Cerda ad Virgil. Aen. 3, 360. Κλημα, τος, το. palmes, Rebe, Weinranke, 49, 9.
- Κλονεω, quaterere, concutere; schütteln. 31, 11. de Hercule furente pharetram Iphiti quatiente.
- Κοιλος, η, ον. cauatus, profundus. 17, 5. hoc epitheton poculo additum redundare, sunt qui inique censeant.
- Κοιμαω, dormire facere alterum; κοιμαομαι, dormire facio me i. e. dormio. conf. Küster de V. M. pag. 15. de columba in bar-

- barbito poetae dormiente. 9, 33. Exquisite de apicula dormientis instar in rosa cubante et mel fugente. 40, 2.
- Κοιρανος, 8, ὁ. dominus, magister, Meister. 28, 3. vt τυραννος od. 9. et βασιλευς od. 43. de eo adhibetur, qui in aliqua re excellit.
- Κοιτη, ης, ἡ. lectus, cubile. 23, 15. Cyrill. Lex. mspt. κοιτη· ἡ ἡσυχια, ἡ σρωμνη. vid. Alberti ad Hesych. Tom. I. pag. 296. n. 23. et Kypke obseruatt. S. Tom. 2. pag. 185.
- Κολαζω, punire. 67, 34.
- Κολυμβω, natare. 37, 5. de anate in vernis vndis natante. Sic *Hagedorn* carm. *der Mai*: der Entrich besuchet die Flüsse.
- Κομαω. 18, 16. ἀμπ. κομ. vitis comata i. e. foliis plena, vollbelaubt.
- Κομιζω, ferre, portare, 9, 15. de columba poetae tabellaria. Atque columbas pullos adhuc fouentes olim fuisse tabellarios testatur Ael. V. H. 9, 2. et Casaub. ad Athen. 9, II. extr. *adferre* 49, 6.
- Κοπος, 8, ὁ. labor et defatigatio e labore. 3, 5.
- Κοπτω, pulsare. 3, 7. de Erote introituro foresque pulsante. Proprie loquutus poeta. *Introituri* enim κοπτεισι, *exituri* qui necesse habebant manu fores percutere, vt, qui



qui intraturi adstarent, cauere sibi possent, ψοφισι. Ammon. κοπτει την θυραν ο εξωθεν, ψοφει δε, ο εσωθεν εξιων vbi vid. Valcken. adde Bach ad Xenoph. Sympos. pag. 118. Fischer. ind. ad Theoph. interpret. ad Thom. mag. pag. 546. Phrynich. pag. 74. et Schol. ad Aristoph. Nubb. v. 132.

Κ ρεομαι, satiari, inebriari, berauscht werden. 13, 10. Hesych. κορεσαι. πληρωσαι, χορτασαι. Ceterum notetur hic audacia quaedam vtriusque linguae poetis familiaris, quae verbum, quod vni tantum substantiuo conueniat, pluribus iungere solet. Sic Coluth. v. 91. κοιρανιην, εδ εγχος Αρηιον, ε βελος ελκω vbi vid. elegantiff. Lennep et Schol. ad Pind. Ol. 1, 142. Notissimum quoque illud Virgilianum Aen. 1, 359. *Crudeles aras traiecitque pectora ferro Nudauit.* Copiosissime et optime de hac orationis forma egit Doruille ad Charit. pag. 394 sq. vid. quoque cel. Iani ad ad Horat. 1, 9, 20.

Κορινθος, 8. 32, 10. Corinthus, vrbs Achaiae ad isthmum, olim locupletissima ac splendidissima, copia venustarum feminarum et meretricum celeberrima, vbi et Laidem istam famosam habitasse notum est. conf. Ari-

Ari-

Aristoph. Plut. v. 149 sq. ibique Schol. Girard. et Spanhem. et de lasciuia muliercularum Corinthiarum Aristoph. Thesmoph. v. 665. Descriptionem huius vrbis dedit Strabo Lib. 8. pag. 580 sq. ed. Almelou.

Κορῶνη, ης, ἡ. cornix, Krähe. 9, 37. cum cornice, quae ob garrulitatem vel in proverbium abiit, se comparat columba. Sic Theocrit. 15, 87. loquax mulier cum turture comparatur. vid. ibi Valckenaer.

Κεφος, η, ον. 12, 3. proprie *leuis* h. e. *celer*, vti quoque Latinorum *leuis* pro *celer* saepius occurrit. Cum dilectu de hirundine, quae velocissime circumuolat. Optime Hesych. κεφος — — ταχυς.

Κραδαινω, vibrare, schwingen. 31, 14. de furente Aiace Hectoris gladium vibrante. 45, 9. de Marte post reditum e pugna hastam vibrante. Hesych. κραδαινει· σειει, τανασσει.

Κραδιη, ης, ἡ. (poet. pro καρδια) animus, anima, Leben, Sele. 7, 3. κρ. αἰ. αἰν. *anima naues usque adscendit*, docte et eleganter dictum! Sensus est: *fere animus me linquebat* (bene Interpr. Lipsiens. *schon eilte meine Sele nach den Lippen* conf. die neue philol. Biblioth. Lipsf. 1777. P. 1. pag.

pag. 286.) ob summam anhelationem, quae cum in primis in naribus sese exferat, animum ipsum illuc adscendisse poeta fingit. Copiose de hac idea poetica differit Schneider in Anmerkk. pag. 297 sq.

Κραντηρ, ερος, ὄ. dens. 67, 32. Hefych. κραντηρες· ὀδοντες. αἱ ὑπερον φουμενοι, οἱ λεγομενοι σωφρονισηρες. conf. Pollux Lib. 2, 93.

Κρας, ατος, το. caput. 4, 15. Hefych. κρατα· κεφαλην. vid. Thom. Mag. pag. 530. ibique interprett. de hoc vocabulo, quod Eustathius recentioris aevi censuit. conf. Faber ad n. 1.

Κρατew, imperare, vincere, übertreffen. 9, 10.

Κρεμαομαι. 29, 17. ἀπ' ἰλπιδ κρεμασθαι, spe, suspendi, ornate et exquisite i. e. spem quidem habere, sed dubiam. Sic fere Lat. *expectatione suspendi.*

Κρετη, ης. Creta, insula maris mediterranei, hodie Candia. 32, 22. Ibi ἀπαντ' ἐχρησῃς cum Barnesio de vbertate regionis omniumque rerum, quibus haec insula abundavit, copia intelligo; ita vt simul puerorum puellarumque multitudo omnisque amoris materia comprehendatur. De effrenata Cretarum luxurie adi Seru. ad Virg. Aen.

10,

10, 523. et Heusing. ad Plut. παιδαγ.  
pag. 140.

Κρινον, 8, το. lilium. 34, 7. λευ. ροδ. κρ. πλ.  
candida lilia rosaceis coronis implexa.  
Suauissima et blandiens idea, qua facetus  
et amans poeta canitiem suam delicatulae  
et fugienti puellae commendare voluit.  
Coloris autem suauitas a rosis liliis innexis  
ducitur. Ouid. Amm. 2, 5, 38. Virg. Aen.  
12, 68. Hesych. κρινα· άνθη καλλιπνοα,  
εὐωδιαζοντα.

Κροισος, 8. Croesus, fuit rex Lydorum di-  
tissimus, qui κατ' ἐξοχην pro opulento  
poneretur et in prouerbium abiret. 23, 1.  
26, 3. conf. Ouid. ex Pont. 4, 3, 37.

Κροταφος, 8, ο. tempus, pars capitis, die  
Schläfe. 5, 4. 6, 1.

Κροτεω, plaudere, plausu comprobare, klat-  
schen. 51, 7. de plausu, quem faciebant  
torculatores iuuenes in vindemia. Hinc  
Oppian. Cyneg. 1, 127. de vindemiatore  
βοτρυν ημεριδων θλιβων ἐπιληνια χαιρει.  
Theophr. 19, 4. plene dicit κροτησαι ταις  
χερσι. Hesych. κροτησας· κρυπησας κτυπησας  
ταις χερσιν et κροτησατε χειρας· ἐπαινεσατε  
ταις χερσιν.

Κροτος, 8, ο. saltatio, Tanz. 27, 8. vid.  
d'Arnaud animaduersū. pag. 20 seqq.

Κρυος,

Κρυος, εος, το. frigus, Frost, Kälte. 3, 23.

Hesych. κρυος· ριγος, ψυχος.

Κτανοντες, κτας vid. v. sq.

Κτεινω, interficere, necare. 31, 6. ab obsoleto verbo κταω tempora ducit.

Κυαθος, 8, 6. cyathus, erat vasculum figlinum aeneumue (Pollux 10, 122.) minusculum, quo et vinum hauriebant et ex quo bibebant. 56, 5. Hesych. κυαθος· αντλητηριον.

Κυανος, α, ον. 29, 11. proprie *berghlau*. vid. cel. Schneider Anmm. pag 245 sqq. qui copiose et docte de hoc voc. exponit; deinde omnino *niger, nigricans*, schwarz, dunkel. Hesych. κυανος· μελας, σκοτινος, ad quem l. vid. Ruhnken in emendatt. et Vossius ad Catull. pag. 218.

Κυβηβη, 13, 1. Cybelem hoc l. esse puellam, nondum inter Deas relatam, censet Bentlei in epist. ad *Gaconem* Francogallum, quam Brunk editioni suae *Anacreontis* adiecit.

Κυβευω, frequenter significat e. gr. Xenoph. Mem. S. 1, 2, 57. *tesseris ludere*. 15, 12. hoc l. pro παιζειν ludere i. e. hilarem esse *scherzen, frölich seyn* accipiendum videtur, quae interpretatio et ingenio *Anacreontis* conueniens est, et auctoritate  
He

Hesychii firmatur, qui *κυβευσαι* exposuit *παιξαι*.

Κυθηρη, ης. 5, 9. Venus Cytherea, a Cythera insula, vbi sanctissime colebatur.

Κυλιομαι, volui, rotari, rollen. 4, 9. de celerissimo cursu rotarum, quocum vitae fuga comparatur. Locis similibus summam et incredibilem celeritatem exprimentibus, quae Ill. Harles ad h. l. collegit, adde *Gratum* Cyneg. v. 204. Hom. Hym. in Merc. v. 43 sqq. *Weiffens* Amazonenlieder, carm, feminae Amazonis in equum amati sui — so fährst du wie der Sonnenstrahl dahin — fliegst wie ein Pfeil, fliegst wie der Nord — kaum biegt das Gras sich vnter dir, bist hier — dort — überall! — *Städele* pileorum fabricator iuuenis (Voff. Musenalm. 1778. pag. 201.) de temporis fuga grauter et sublime: *So eilen Winde über Thal vnd Hügel, so eilen Ströme fort in Ocean, so eilen Gottes Pfeil, so braust der Zeiten Flügel, so rollt ihr Wagen seine Bahn.* conf. etiam Voff. Alman. 1780. pag. 16. *So schnell muß kein Kartaunenschuß etc.*

Κυμα Θαλασσης, 37, 3. docte et ornate *vnda maris pro mare.*

Κυπελ.

Κυπελλον, ὄ, το. *roculum*. 31, 16. 48, 3.  
18, 1. ἔαρ. κυπ. Frühlingsbecher. Hesych.  
κυπελλα· κοτηρια et κυπελλον. εἶδος ποτηρια  
αὐτα, vbi Casaub. et alii emendant διωτα.

Κορτος, ἡ. ον. *cavus*, *convexus*, i. e. pro-  
fundus, magnus. 39, 21. ὑποκ. κυπ. bei  
tiefen Bechern.

Κυω, parere, foetum edere. 33, 16. Hesych.  
et Suid. κυει· ἐγκυμων ἐσι, γεννα.

Κωμος, ὄ, ὄ. 6, inscr. vbi κωμ. significare  
puto *carmen commissatorium*, quo simul  
commissationis descriptio contineatur. Bene  
igitur reddidit Interpr. Lips. *Trinklied* (si-  
ue malis *Zechlied*.) Sed ibid. v. 16. κωμ.  
est *commissatio* ipsa. Optime, quod sciam,  
de hoc voc. egit Ill. Harles ad Anthol. Gr.  
pag. 121.

Κωτηλος, ἡ, ον. *loquax*, *garrulus*. 12, 2. He-  
sych. κωτηλη· λαλισατη et κωτηλος·  
λαλος.

Κωφος, ἡ, ον. (a κωπτω caedo, tundo) pro-  
prie *obtusus*, *hebes*, stumpf. 42, 12. ele-  
ganter de irritis calumniatricis linguae te-  
lis. comp. Summi *Vzii* carm. *die ruhige*  
*Vnschuld* init.

## Λ.

Δαλος, ὄ, ἡ. spiritu diuino adflans, be-  
geisternd. 13, 7. docte et audacter de aqua  
Clarii fontis, quia credebatur tribuere fa-  
cultatem vaticinandi iis, qui eam bibissent.  
conf. Κλαρος.

Δαμβανω, 1) *capere, accipere*. 10, 7. verbum  
esse eorum, qui aliquid emunt, docuit  
iam cel. *Fischer* in ind. ad Theophr. 2)  
partic. λαβων et infinit. λαβειν vel verbo  
finito vel alteri participio iunctum inter-  
dum quidem quodam modo redundare vi-  
videtur, vt quidam adferunt linguae periti,  
sed tamen rem et actionem magis definit.  
12, 4. 39, 26. λαβων ἀποισω *fruar*. vid.  
*Kypke Obs.* f. Tom. 2. pag. 23. 3) signif.  
minus frequens h. v. 45, 13. ἐλαβεν βε-  
λεμνον accepit hastam i. e. *vulneratus,*  
*sauciatus est hasta*. Sic nos dicimus er  
*empfieng* den Schuss, Hieb. conf. cel.  
*Stroth Chrest.* gr. ad h. l. et die neue  
philol. Biblioth. P. 1. pag. 291. vbi idem  
vir doctiss. censor fuisse videtur. Aliam  
amplectuntur interpretationem minus pro-  
babilem Paw et Bentlei. conf. Schneider  
l. c. ad h. l. Hes. βελεμνος βελη.

Δαμ-



**Δαμπω**, splendere, nitere. 37, 7. de sole et vniuerse de coelo, quod verno tempore placatum nitet diffuso lumine Lucr. 1, 9. de fatiis vere aduentante florentibus ibid. 9. Ceterum aor. 1. hoc 1. obtinere potestatem praesentis facile adparet, quae enallage apud optimos auctores frequenter occurrit. vid. quoque Viger. pag. 204. 210. ed. Z.

**Λεγω**, 1) 1, 1. 16, 1. λεγειν et αδειν promiscue adhibetur pro canere, vti et Latini dicere pro canere. vid. Broukhuf. ad Tibull. 2, 5, 11. Hesych. sub αειδε ibique interpret. 2) pro iubere vt et ειπειν. 15, 15. vid. Periz. ad Ael. V. H. 14, 38, 1. Nos similiter verbo sagen vim iubendi subiicimus.

**Λειμων**, ωνος, ο. pratum, Aue. 50, 10. λειμωνας sc. κατα βοσκ. per prata irrigua pasceris, zwar ietzt weidest du auf Auen. Thom. Mag. pag. 571. expl. τοπος διωγρος, ανθηραν ποαν έχων vbi vid. Oudendorp. Hes. ανθηρος τοπος.

**Λεμνιος**, α, ον, Lemnius, qui est ex Lemno, insula maris Aegei, hod. *Stalimene*, vbi Vulcani officina fuisse fertur.

**Λεσβιος**, α, ον, qui est ex insula Lesbo. Erat Lesbos insula Asiae in mari Aegeo, nunc *Metileno*, feminarum venustate il'ustris, indeque Sappho ori nda, 32, 14.

Λευκοπους, οδος, ο, η. qui albos pedes habet, Weisfüßig. 31, 5. Nimis docte exposuit d'Arnaud animadd. pag. 27. *dis-calceatos pedes* habens. „Λευκοπους quare vocetur „Orestes nescio, nec facile, qui nos hoc „docebit, inuenietur. Vid. miscell. obseruatt. Vol. II. pag. 5.“ Brunck in Anall. ad h. 1.

Ληθαιος, 8, ο. Lethaeus, amnis Asiae minoris, Ephesum et Magnesium praeterfluens. 58, 4. vid. Strabo Lib. 14, pag. 957. ed. Almelou. Ληθαις διναι vortices Lethaei, Lethaeens, Strudel, doctius et exquisitius quam Lethaeus simpliciter. Hesych. δινη· συστροφη υδατων.

Ληνος, 8, ο. torcular, Kelter. 17, 15. Hesych. ληνος· οπς σαφυλη πατειται.

Λης dor. pro θελεις, 10, 7. non per aphaeresin ex θελεις ortum, vt Grammatici vett. (e. gr. Schol. ad Call. H. in Dian. v. 19.) somniant, sed potius notante doctiss. Koën ad Gregor. de dialect. pag. 115. a verbo dor. λαω, λω deriuandum est. Hesych. λη· θελει et λω· θελω.

Λιγαινω 39, 3. i. q. μελπω canere, besingen. Hes. λιγαινει· αδει et Suid. λιγαινων· υμνων, κηρυσσων.

Λιγυ.

Λιγυρος, α, ον. canorus, liquidus. 43, 14.

λιγ. οίμη, *liquida vox* (vt Hor. 1, 24, 3)

Silberton, helle Stimme. De voce cano-  
ra cicadae, cui Hom. 11. γ, 152. ὄπα  
λειριοεσσάν tribuit. Hesych. λιγυρον· ἠδυ,  
γλυκυ.

Λιδος, ς, ὄ. cippus, columella sepulcralis,  
quae et σηλη vocatur. 4, 11.

Λιπαρος, α, ον. splendidus, nitidus, i. e.  
vnguentis delibutus, adoratus. 29, 3. de  
capillis nitidis conf. 28, 9. et elegantiff.

Iani ad Hor. 1, 4, 13. Hesych. Λιπαρον·

— — σιλβον, εὐοδμον.

Λογισης, ς, ὄ. proprie *computator*, Rech-  
nungsführer. 32, 6. ducta metaphora a  
calculis. Hesych. Λογισης· κριτης, δοκι-  
μασης, ἐξετασης.

Λογος. — Λογοι 36, 3. bene iam obseruante  
cel. Schneider in Anmerkk. pag. 170.  
omnino *eruditionem, sapientiam* significat,  
vti etiam eruditi et sapientes simpliciter  
λογοι dicuntur. vid. Kypke obseruatt. f.  
Tom. 2. pag. 94.

Λοιπον iam, *posthac, in futurum*. 1, 10.

Ἐπιρριμα Suidas vocat. Equidem per el-  
lipfin positum esse puto. Plene dixeris  
κατα το λοιπον μέρος vel διασημα. conf.

L. Bos ellips. pag. 195. ed. Schw; Dor-

uille ad Charit. pag. 309. Kypke obs. f. Tom. 1. pag. 134. Il. pag. 139. Periz. ad Ael. V. H. 8, 14, 1.

Λοτιναι ποιαι, 4, 2. — dictum quidem pro λωτος, sed doctius et elegantius. Intelligenda, ut interpretes monent, *lotus*, *fatua* s. *urbana*, cuius odor suauissimus est, et ex qua veteres sibi coronas necere solebant. Sic puellae (epithal. Helenae Theocrit.) Helenae sponsae coronas lotinas necere cupiunt. Plura de loto disputant Ill. Harles ad Ouid. Trist. 4, 1, 31. Salmas. Exercitt. Plin. pag. 728 sq. Winkelmann descript. de pierres grav. de Stofch pag. 18. 19.

Λοχαω, infidiari, beschleichen. 51, 14. de iuvene amante puellae cubanti et dormienti infidiante. Hesych. λοχα· θηρευει, λεληθοτως ενεδρευει.

Λαχευομαι, partu edi, geboren werden. 41, 7. ubi aor. 1. vim praesentis habet. Hesych. ελοχευθη· εγεννηθη, εγαμηθη.

Λοχευω, parere, partu edere. 52, 32, Hes. λοχευει· τικτει, γεννα.

Λυγδινος, η, ον, ex Lygdo confectus i. e. candidus. 28, 27. Ornate et adposite de collo amiculae. Sic nos dicimus *Marmor-nacken*. *Lygdus* est lapis eximii candoris  
in

in insula Paro repertus. Sic enim Schol. ad Pind Nem. 4, 131. Παριος δε λιθος εστιν ο καλουμενος λυγδινος; et Hesych. Λυγδος (sic enim legendum pro mendosa scriptura λιγαιος) λιθος εις τα ζωδια, η ο Παριος, vbi vid. interprett. Suid. sub v. λυγδινα ibique Küstler; Harduin ad Plin. H. N. 36, 8. Potters Griech. Archaeol. Tom. 1. pag. 403. ed. Ramb. et Dacieria ad 1, Anacr.

Λυρη ης (ion. pro α, ας) η. *lyra*. I, II. 48, 1. *lyra* proprie non apta fuit magnis rebus aut bellicis canendis, sed amoris tantum et vini lusibus, vnde Horat. 1, 6, 10. 1, 15, 15. *imbellis lyra*; interdum tamen, vt ex od. 1. et Hom. Il. 1, 189. (vbi v. Clark.) adparet, etiam heroum laudes ad eam canebantur.

Λυσιπημων, ονος, ο, η. *curis* animum liberans. 39, 9. aptum Bacchi i. e. vini epitheton, vt Ouid. Art. am L. 1. cura fugit multo diluiturque mero.

Λυσιφρων, ονος, ο, η. *soluens mentem curis, laetitiae dator*, Sorgenscheucher. 27, 2. dilectum Bacchi epitheton. Ouid. ibid. Tunc dolor et curae rugaeque frontis abit.

Λυσσα σωφρ. 48, 6. *insania fana* i. e. hilaritas, laetitia ex amore et vino orta, vti

et Lat. *insanire* saepe occurrit. Hesych. λυσσεται· μαινεται, et λυσσα· ὄρμη, ἐν-  
 θυσιασμος, ἐρεξις ἐπιβλαβης. quae duo  
 vltima vocc. λυσσης explicant, sed haud  
 dubie per librariorum errorem transposita  
 sunt et pertinent ad λυσσα. vid. quoque  
 μαινομαι.

Λυτρον, 8, το. est pretium redemptionis, Lö-  
 segeld. 30, 5. vid. Kypke obs. f. T. 1.  
 pag. 107. Hes. λυτρα· καθαρματα, λυτη-  
 ρια, και παντα τα δεδομενα εις ἀνακτηρι-  
 σιν ἀνδρωπων.

Λυχνος, 8, ὁ. lampas, lucerna. 3, 15. qui  
 differant λυχνος et λυχνιον docet Ammon.  
 pag. 90. vbi vid. doctiff. Valckenaer;  
 Hemsterhus et Iungerm. ad Polluc. pag.  
 816. 1294. Oudendorp. ad Thom. Mag.  
 pag. 588. et Casaub. ad Athen. pag. 989.

Λυω, act. 1) vincere, prosternere. 14, 17.  
 sic Hom. h. v. vsurpat de muris destruen-  
 dis Il. π, 100. Od. v, 388. pro *destruere*  
 occurrit Ioh. 2, 9, 10, 35. vbi vid. Kypke.  
 Hesych. λυσαι· — — καθελειν, ἀφελειν,  
 τεμειν. 2) *captivum dimittere, pretio ac-  
 cepto reddere redemptum.* 30, 7. λυση vni-  
 co verbo, in iis quae ad pignora et debita  
 pertinent, sollemni, *redditurus.* (losge-  
 ben) verti possit. vid. Ill. Harles ad h. l.

Hinc

Hinc minus bene interpr. Lips. v. 9. reddidisse videtur: *doch lös' ihn wer da wolle.* Voc. *lösen* enim potius exprimit vim verbi huius mediam. *Λυομαι* med. *facere sibi solui captivum* i. e. *sibi redimere*, siue *dato pretio redimere.* 30, 6. Vsum huius verbi act. et med. omnium optime et elegantissime exposuit *Clark* ad Hom. Il, α, 20. quam doctam observationem typis repetendam curavit *Wolle* in libr. de verb. med. pag. 240 seqq. vbi consul. interprett. pag. 93. 135. 210. Hesych. *λυσομενος*· *λυτρωσομενος.*

## M.

*Μαζοι*, ων, οί. *mammæ.* 50, 17. de Venere, cui feminae ex auctoritate Thom. Mag. pag. 518 proprie *μασοι* tribuendi sunt; sed addit idem grammaticus *εὐρηται δε και μαζος ἐπι θηλεος, καταχρησικως*, vt etiam *μασος* de viris. Ceterum *μαζοι ροδαιοι* non tantum sunt *mammæ pulcræ*, sed *ρ.* est epitheton exquisitum et indicat suauem cutis virgineae colorem quasi liliis rosisque permixtum.

*Μαιναδες*, ων. 17, 14. *Maenades*, mulierēs sacerdotes Bacchi et Cybeles a *μαινεσθαι* dictæ, quia furore quodam concitatae va-

gabantur. v. Catull. 64, 21 sqq. Maenadum effigies Montfaucon Antiq. expl. et Winkelmann Monim. ined. aeri incidendas curarunt. Hesych. *Μαινάδες· αἱ Βακχαι.*

*Μαινομαι*, 13, 12. 31, 3. 4. 9. etc. notata quidem prima sua significatione *furere*, nostro autem loco, et saepius, nihil notat aliud, nisi nimium quendam animi motum et hilaritatem, quae quasi ad furorem accedere videatur. Pari modo Latinorum *furor* et *furere* occurrunt Horat. 2, 7, 28. Ouid. art. am. Lib. 1. *furiosa* libido. Sil. Ital. 2, 224. *Μαίνεισθαι* apud Anacr. significare *ebrium saltare* acute et copiose probare studet cel. Zeune animaduers. pag. 26. *μανεισα τεχνα* 50, 2. ars diuina, a Deo aliquo quasi suggesta i. e. praestantissima, cuius praestantia humanas vires excedere videatur.

*Μακαριζω*, beatum praedicare, felig preisen. 43, 1. suauiter de felici cicadae conditione. Frequenter quidem hoc. v. vt et *μακαρες* de diis, qui beatissimi censebantur, adhibetur, sed tamen quoque hominum felicitatem declarat. conf. *Suic* Thes. ecclesiast. sub h. v. et *Sallier* ad Thom. Mag.



- Mag. pag. 646. Hesych. μακαριος· ο παν-  
τοτε εν αγαθω ων, ευδαιμων.
- Μαλλον, eleganter feruit interdum correctio-  
ni et notat *potius*. 12, 5. η μαλλον seu *po-  
tius*. vid. Zeune animaduerss. pag. 25.
- Μαργαρον, 8, το. margarita 20, 14. docte  
de monili margaritis ornato, *Perlenband*.
- Μαρναμαι, pugnare. 11, 11. proprie de pugna  
bellica. Sic saepius apud Hom. et Tyrt.  
Hesych. μαρναται· μαχεται εν πολεμω.
- Ματαιια poet. pro ματην *frustra, temere*. 4,  
12.
- Ματην idem, 14, 18.
- Μαχη· μαχαι παροινοι, rixae quae inter  
pocula excitantur, *Trinkgezänke*. 42, 13.  
Sic fere Sum. Vz: iage den Monaden-  
zank von freudenvollen Schmäuffen. conf.  
Horat. 1, 27. init. ibique elegantiss. *Iani*.
- Μαχομαι, obiungare, conqueri. 19, 4.
- Μεθετε v. μεθημι.
- Μεθη, ης, η. (dor. α, ας.) ebrietas. 27, 7.  
μεθ. ερ. ebrietatem amans, ein Freund  
vom Zechen. Hesych. μεθη· κραιπαλη,  
σκοτωσις οινω.
- Μεθημι, missum facere. 24, 5. Hesych. με-  
θετε· εασετε με. 41, 16. *dimittere*.
- Μεθυ, το. proprie *merum*, vinum. 4, 6. Hes.  
μεθυ· οινος,

Με-

Μεθυδοτης, 8, ὁ. dator vini. 27, 4. dilectum Bacchi epitheton, fere vt Tibull. 2, 3, 35. *iucundae confitor uuae.*

Μεδυσω, *ebrium esse* 6, 3. vt explicat Bach ad Xenoph. Oecon. 12, 11. Videtur mihi n. 1. docte dictum esse pro *πινειν bibere* s. large bibere.

Μελας, *αινα, αν.* 28, 7. 29, 4. vertit Barnes. *nigricans*, dunkel, schwarzlicht. Bene *Μελας* enim vt *niger* omnes aliquanto colores nigros et obscuros significat. Interim tamen nihil impedit, quo minus capillos plane nigros, quos amabant veteres, intelligas. v. Fr. *Iunius* de pict. vett. L. 3, c. 9, 6. et Hadr. *Iunius* de coma pag. 575. vbi et nostri loci meminit.

Μελημα, *τος, το.* 52, 9. 5, 7. *deliciae, voluptas, desiderium, Liebling, Freundinn.* Male quidem interpr. Lips. *Sorge.* *Μελημα* enim et *συνον, μεριμνα* (quod e. gr. Pind. Olymp. 1. 174. occurrit) vt *cura* Latinorum, pro eo, cuius curam habemus, quod cupimus animoque versamus, poni solet. Optime Hesych. *μελημνα*· ἔτινος ἀν τις φροντιζοι, ἀγαπημα vbi vid. *Alberti.* Virg. eclog. 1, 58. tua *cura.* add. Tib. 4, 11, 1. 3, 6, 29. et saepius. De hac voc. *cura* signi-

figni-

significatione vid. Burm. ad Nemes. Cyneg.  
v. 58. *Corte* ad Cic. ep. 2, 16, 15.

Μελιττα, ης, η. apicula, Bienchen, 40, 2.

Μελιχρος, α, ον. praedulcis. 38, 9.

Μεμφις, εως, ιως, ιδας, η. *Memphis* vrbs,  
hodie *Giza*. 16, 5. fuit vrbs Aegypti ce-  
leberrima et splendidissima, antequam  
Alexandria condita esset, regia Aegyptio-  
rum, et hac regia facta, mansit nihilomi-  
nus mos, vt reges ibi inaugurarentur. vid.  
Holsten. castigatt. in Steph. de vrbb. pag.  
204. Docte et exquisite h. l. pro Aegypto  
ipsa, quae inde quaeque a Iuuenal. Sat.  
15. dicitur *terra Memphitis*. Locus classic.  
de laudatissima hac vrbe est apud Strab.  
lib. 16. pag. 1161. ed. Almelou. vid. quo-  
que Diod. Sic. lib. 1. Herodot. lib. 2.  
§. 162. Plin. H. N. Tom. 1. pag. 254. ed.  
Harduin. quem ibi vide; Plutarch. de Isid.  
et Osir. pag. 21. ed. ven. Semler; *Pocoks*  
Beschreib. des Morgenl. Tom. 1. cap. 5.  
*Nordens* Beschreib. seiner Reise durch  
Aegypt. etc. Bresl. 1779. pag. 112.

Μεν quidem 33, 1. 1) ab initio orationis fre-  
quenter ponitur haec particula, de qua ele-  
gantia vid. Ill. Harles ind. ad Anthol. Gr.  
sub h. v. 2) interdum absolute adhibetur,  
ita

- ita ut δε nec sequatur nec intelligatur. 3, 16. conf. Zeune ad Viger. pag. 521.
- Μενω, manere, permanere. 9, 20. 30, 8. proprie loquutus poeta; est enim verb. eorum, qui e seruitio discedere nolunt.
- Μεροπες, ων, οί. *homines*, sic dicti, quia vocem articulatam. 3, 4. Hesych. ἀνδρωποι· δια το μεμερισμενην ἔχειν την ὄπα, ἡγαν την φωνην. vbi vid. Alberti.
- Μεσος, η, ον, *medius*. Hoc voc. inter duo substantiua proprie posteriori iungendum eleganter ad praecedens refertur, posteriore in genitium mutato, 14, 16. μεσος καρδης μ. ε. pro μεσην καρδην μ. ε. Sed illud doctius est et elegantius, atque rem agentem viuidius exprimit. conf. Hoogen. ad Viger. pag. 109; Zeune animaduerss. pag. 28. et interprett. ad Thom. Mag. pag. 610.
- Μεσοφρυον, ο, το. *intercilium*, superciliorum interstitium. 28, 13. Pollux 2, 49. μεσοφρυον των ὀφρυων το μεσον, ὁ και μετωπων ὀνομαζομεν.
- Μετα cum genit. *cum*, *inter*. 51, 21. cum accus. *post* i. e. *prope*. 29, 27. 39, 27. μετα παντα *tandem*.
- Μεταμαζιος, ο, ὁ, ἡ. 29, 30. μεταμαζιον sc. σηθος *pectus*, proprie ea pars pectoris, quae

quae ad mammas pertingit, *Busen*. (Hesych. expon. το μεταξύ των μαστων, ἢ ὑπερ των μαστων, ἢ το μετα (ion. pro προς) μαστων, vid. quoque Schol. ad Hom. Il. ε, 19.) Sic fere Bürger carmm. pag. 24. bis an den tiefen Spalt des warmen Busens hin.

Μετειμι, accedere, besuchen. 6, 16. de Cupidine ad fenum commiffationes accedente. Deos interesse consueuisse, vel potius creditos fuisse interesse commiffantium coronis adcurate docet *Schwarz* de comiff. vett. pag. 19. vid. et cel. Fischer.

Μεχρι 32, 15. μελει των Ιωνων ad Ionas vsque conf. de hac part. cel. Zeune ad Vig. p. 409.

Μη νε. 34, 1. μη με Φογης ne me fugias. Lyricum est, sic subito incipere et nos statim in mediam rem ducere, id quod molli ac faciliori Anacreontis musa non repugnat.

Μηλον, 8, το. 29, 18. est malum Cydonium, s. cotoneum, nobis *Quitte*. vid. quoque Barnes et Virg. eclog. 2, 51. ibique Ill. Heyne.

Μηχος, εος, το. consilium, remedium. 33, 17. τ. μ. 8. γ. wie ist mir nun zu rathen. eod.

- eod. sensu Hom. II. β, 342. Hesych.  
μηχος· μηχανη.
- Μιμεμαι, imitari. 38, 13. vbi ἐν μεσ. χορ.  
est, saltabo coram omnibus, ita vt ab  
omnibus conspici possim. videt Doruill.  
ad Charit. pag. 547. vbi quoque noster I.  
excitatur.
- Μισγω, miscere. 28, 14. 23.
- Μεσονυκτιος, γ, δ, η. ad mediam noctem  
pertinens, nos vt Graeci *mitternächtlich*  
3, 1. hoc voc. poeticum esse pronunciant  
et in sermone pedestri damnant Phrynich.  
pag. 16. et Thom. Mag. pag. 609. Atque  
tam a poetis quam profaieis adhiberi do-  
cuit Häfchel ad loc. Phrynich. et Kypke  
obs. f. Tom. I. pag. 187.
- Μιτραί πολυανθεμοί coronae e variis floribus  
contextae *bunte Blumenkränze* II. Μιτρα  
proprie diadema, fascia. Hesych. μιτρα· —  
διαδημα — ταινία, et Etym. M. quod  
laudat ad h. l. cel. Fischer, μιτραί· κυρίως  
οί ἀπο φασκιων και ὠαριων (leg. ὠραριων)  
γινόμενοι σεφανοί· ἐν καταχρησει δε πας  
σεφανος μιτρα λεγεται. conf. et interprett.  
ad Val. Flacc Lib. 2. 271.

Μοιρη,

Μοιρη, ης, ή. (ion. pro α, ας) ΠΙ, ΙΙ. τα μοιρης dictum eleganter pro ή μοιρα; subintellig. νομιζομενα aut simile quid, die Bestimmung des Todes i. e. mors ipsa.

Μολεω, migrare, redire, wiederkehren 33, 2. de hirundine remigrante. Hesych. μολυσσα. πορευομενη, ή πορευθεισα (glossa Homeric. sumta ex Iliad. ζ, 286.) item μολειν· ερχεσαι, τρεχειν, ελθειν,δρομειν, it. μοχων· χωρων, ελθων.

Μολπη, ης, ή. 41, 4. ολαι μολπαι, cel. Zeune putat, rem non tetigisse Paw, qui intelligit cantilenas, quae numeris suis constent et tota canantur; ipse vero interpretatur *cantilenas cum tripudio*. Non opus est. Μολπ. ολ. sunt omnino *carmina integra*, (ganze, vngekürzte Rundgefänge) quae potiores ad pocula decantant. Bene Hesych. μολπαι· υμνοι, ωδαι item μολπη· ωδη, παιδεια, υμνος, ασμα.

Μολυβδος, ο, ο. plumbum. 44, 3. de varia h. v. scribendi ratione vid. Pierf. ad Moerid. sub. h. v.

Μονωω. ο, ιζ. μεμονωμενος, desolatus, verlassen. adposite de poeta post fugam dulcis φαντασματος e somno excito. Hesych. μεμονωμενος· εγκαταλελειμενος.

L

Μυθος,

*Μυθος*, 8, 6. fabula. 5, 9. *μυθος* dicit poeta carmina, quia fingendo fiunt et fictiones continent; *μελ. μυθοις* a poetis etiam celebratur *rosa*.

*Μυριζω*, inungere, falben. 4, 11. de columella sepulcrali. Respexit ibi poeta ad morem veterum inungendi lapides sepulcrales odoribus et vnguentis, atque etiam libationum diis manibus identidem factarum. vid. Ill. Harles ad h. l. et Kirchmann de fun. rom. 4, 2.

*Μυρον*, 8, 10. vnguentum, Salbe. 9, 3. 13, 10. proprie est vnguentum e variis odoribus mixtum, deinde (vid. Casaub. ad Athen. pag. 379.) de omni vnguente genere adhibetur. Vnguentum simplex dicitur *ελαιον*. vid. copiosissime differentem Spanhem. ad Call. H. in Apoll. v. 39. et in Lauacr. Pall. v. 13 et 15. *μυρον πν. τρ.* capilli odorati s. vnguenta olentes, quos amatores in amiculis vehementer amabant. 28, 9.

*Μυρσινη*, 15, 5. myrtus. 4, 1. *μυρσιναι* sunt frondes *myrtaceae*, quibus veteres, ob singularem odoris suauitatem, cubantes bibere solebant. In primis myrtus Aegyptiaca, auctore Plinio, ob suauem dulcemque odorem celebris erat. Hinc Hor. I, 4, 14. caput impedire *myrto* Tibul.



1, 10, 28. *myrto vinctus* — caput. Sacra fuit myrtus Veneri.

Μυσις, ιδος, ἡ. proprie est *Sacris initiata*.

Oppos. ἀτελεση Callim. H. in Cer. 129.

ibique Spanh. Suauiter et exquisite 18, 12.

de Venere sacerdotē et matre (Hor. 1, 19, 1.)

amorum. Hesych. μυσις· μεμυημενη, et,

quod Alberti ad h. l. laudat, Lex. Cyrill.

mspt. Br. μυσις· ἡ τῶν μυσηριῶν κοινῶνος.

Μυχος, 8, ὁ. locus profundissimus, Tiefe.

55, 10. Hesych. μυχοι· — οἱ ἐνδοτατοι

και ἀποκρυφοι τοποι, respond. hebr.

ליקש.

## N.

Ναμα, ατος, το. 37, 12. succus, aut me-

tonym. Bacchi humor i. e. *vinum* pro *vi-*

*tis*. Brunck ad h. l. „quomodo explicari

debeat h. versus diuinare nequeo, nec

forte dixerit ipse auctor, siquidem sic re-

liquit scriptum.“

Ναρθηξ, ηκος, ὁ. *ferula* leuis, ob id gesta-

tu facilior, baculorumque vsu senectuti

praebens. Plin. H. N. lib. 13. pag. 698.

ed. Hard. Bene Hesych. ναρθηξ· — εἶδος

φυτῶν καλαμοειδῶς, ἐλαφρῶς Gestabant eam

Bacchi in Dionysiis. 38, 5. vbi supplen-

dum μοι quod idem ac τι μοι τῶ ναρθη-

κος;

Ναυς, plur. αἱ νηες copiae nauales, Flotte.  
16, 5.

Νειλος, ὄ, ὁ. Nilus fluuius Aegypti nobiliffimus, quotannis bis exundans et terram istam irrigans, ex ignotis scaturiginibus prouens, mediam Aegyptum perfluens septem ostiis in mare mediterraneum labitur. 43, 5. h. l. ubi ante Νειλ. suppleri debet ἐπι, docte et eleganter Aegyptum ipsam significat. Poetae enim singulas res pro vniuersis ponunt. Origo huius fluminis omni tempore fuit arcanum naturae, quod eius scrutatores soluere non possent. conf. Ill. Heyne ad Tibull. 1, 7, 23. et Jablonski Panth. Aegypt. l. 4. c. 1. Cl. *Warnekros* ex recentioribus Nili fontes negans suspicatur, ex imbribus Aethiopicis eum nasci (cui sententiae equidem subscribere nolim.) vid. commentat. eius de Palaestinae fertilitate etc. Gripswald. 1778.

Νεοθηλης, εος, ὄ, ἡ. proprie nuper virens, pullulans, i. e. in genere *florens*. 42, 15. suauiter de puellis adolescentulis, quarum aetatem poetae floribus comparare solent. Hesych. νεοθηλης· νεωσι βλασησασα it. νεοθαλης· νεωσι αἰνθων.

Neuθη,

Νευρη, ης, ῥ. nervus, quo arcus intenditur,  
Senne. 3, 26. Hesych. νευρα· τὰ πεταμε-  
να νευρα, ἢ τὰ τοξα.

Νευρον, ος, τό. proprie *nervus arcus*, quo sa-  
gitta impellitur. vid. Schol. ad Iliad. δ,  
151. Hesych. s. νευρον ibique interprett. ι, 5.  
*fides lyrae, die Saiten.*

Νηδus, υος, ἦ. venter. 29, 33. de ventre  
Bacchi venustissimi dei, praeter opinionem  
vulgi nostri, qui eum plerumque sagina-  
tum atque obesum sibi fingit. De eius  
pulcritudine quaedam differit *Winkelmann*  
in *Gesch. der Kunst.* 1776. pag. 284 sq.  
Venustissimas Bacchi effigies exhibent Pit-  
tur. antich. d' Ercolano T. II. tab. 16.  
Tom. III. tab. 2. et Montfauc. *Antiq. ex-  
pliq.* T. II. Suid. νηδus· γαστηρ et Hesych.  
νηδus· γαστρος, κοιλιας.

Νηκτον, το. 2, 5. neutrum pro *natandi fa-  
cultate* positum, vnde quoque aquatilia  
dicuntur νηκτα. vid. Hesych. sub h. v.

Νηλεως, dure, crudeliter. 59, 3. Hesych.  
expl. δεινως, αναιδως, και τα ομοια.

Νησσα. ης, ἦ. anas, Ente. 37, 5.

Νιν poet. pro αυτην *illam*, ipsam. 50, 9.  
Dores etiam adhibent pro αυτον, αυ-  
τας etc. vid. *Mettairie de dialect.* pag.  
197. 198.

Νοημα, τος, το. mens, ingenium, Sinn.  
14, 3. vid. quoque ἀβελος.

Νομοι, leges, docte pro *scientia iuris*. 36, 1.

Νωτον, ς, το. dorsum, tergum, tota pars  
corporis auersa. 29, 39. Vett. Gramma-  
tici (Moer. p. 267. Th. M. p. 237. Phry-  
nich. pag. 126.) νωτα et το νωτον melius  
dictum esse, quam νωτος et τας νωτας  
contendunt. Sed obseruant interprett. et  
bonos auctores hanc regulam neglexisse.  
ἐπι νωτα της θαλ. 50, 4. poet. pro  
ἐπανω της θαλασσης *super mari* conf.  
Kloz ad Tyrt. pag. 54. Hesych. νωτα  
θαλασσης· την ἐπιφανειαν αὐτης, ἢ τὰ  
πελαγη.

## Ξ.

Ξενος, ς. 1) proprie *peregrinus* vid. Cleric.  
ad Menandr. fragmm. pag. 165. deinde, vt  
Latini, *hospes*, Wirth, 3, 30. 2) *nouus*,  
*inufitatus*. 18, 8.

Ξυλοχος, ς, ό, ή. arboribus confitus, frute-  
tis obfessus, waldig. 7, 5. voc. Homero  
familiare. e. gr. Il. λ, 415. vbi Schol.  
ύλης ξυλωδης. Hesych. ξυλοχος· συνδενδρος  
τοπος και ξυλωδης, vbi v. *Alberti*.

## Ο.

## O.

- Ὀδευω, migrare, ziehen. 37, 6. exquisite de grue, cuiusmodi auium genus verno tempore gregatim volat, e frigidioribus locis in calidiora migrans. vid. Ael. H. A. 3, 13. Bochart. Hieroz. lib. 1. pag 78. Hesych. ὀδευει· ἀπερχεται. Viuide Summ. Hagedorn carm. dulc. *der Frühling*: Nun klappern die *reisende Störche*.
- Ὀδυνωμαι, cruciari, angere, vehementiore dolore adfici. 41, 18. Hesych. ὀδυνη· λυπη, ταπεινωσις παρα ἀλλοτριων, ἢ ἀλγιδων.
- Ὀ, ἢ, το· 1) τὰ Θηβης bellum Thebanum 16, 1. neutro enim plurali articuli genitiuus substantiui iunctus substantiuum ipsum denotat. 2) artic. praepos. cum genitio nominis proprii inuoluit substantiuum *υἱος* aut *θυγατρης*. 20, 1. ἡ Τανταλῆ sc. *θυγατρης Τανταλῆ filia*. vid. L. Bos ellips. p. 349. Schwebel.
- Οἱ poet. pro αὐτῶ *illi, ipsi*. 10, 3.
- Οἷα poet. pro οἷον *sicuti*. 4, 7. 28, 24. Hesych. οἷα· ὡσπερ, καθάπερ. de vario h. part. vsu conf. Viger. pag. 121. ibique Z.
- Ὀἶσος, ὄ, ὄ. sagitta, missile, Pfeil. 14, 13. Hesych. ὀἶσος· — βελος.

L 4

Ὀἶσρος,

- Ὀϊσρος, ὄ. tabanus, a filio, Wespe. 3, 28.  
 Hesych. οἰσρος — — και εἶδος πτηνῶν, ὑφ'  
 ἔ κεντιζομεναι αἱ βῆς σκιρτωσιν, ὁ Μυοψ  
 καλεῖται; consentit Schol. ad Apoll. Rhod.  
 3, 279. vid. de hoc πτηνῶ Ael. H. N.  
 1, 51. Bochart. Hieroz. l. 4, pag. 546 sq.  
 Cerda et Ill. Heyne ad Virg. Georg. 3,  
 148. et d' Arnaud animadd. pag. 184.
- Ὀλλυμι, perdere, caedere, schlagen, besie-  
 gen, 16, 4.
- Ὀλολυζω, ululare, eiulare, respondet nostro  
*heulen*. 40, 5. verbum, quod rem, quam  
 significat, iam sono exprimit et puerulum  
 vehementi eiulatu punctum apiculae que-  
 rentem bene describit. Multo grauius est  
 atque exquisitius Theocriteo ἀλγῆε. Bene  
 Hesych. ὀλολυγη· ποια φωνη, λυπηρα,  
 ὀδυνην καρδιας ἀσημῶ τινι φθογγῶ παρι-  
 σωσα. vid. quoque Clark ad Hom. Od. 8,  
 767. et Kühn ad Polluc. 1, 28.
- Ὀμιλος, ὄ. corona, coetus, Kreis. 52, 39.  
 53, 1.
- Ὀμμα, τος, το. *oculus*. voc. poet. 16, 7.  
 λοξον ὀμμασι βλεπειν, *limis oculis spectare*,  
 anschielen. 59, 2. Hesych. λοξος· πλαγίος,  
 ἐπικαμπης. De usu verbi βλεπειν, *adspi-  
 cere, intueri*, copiosus est Spanhem. ad  
 Aristoph. Nubb. 1178.

Ὀμο-

- Ὅμοτροπος, ὄ, ὅ, ὅ. similis, iisdem moribus praeditus. 41, 5. de Baccho, qui sicut amor homines ad celebranda Veneris sacra impellit.
- Ὅμω, adu. *prope*, darneben. 18, 19. Hesych. ὁμω· ἐγγυς.
- Ὅμωα, ας (ion. pro η, ης) ἡ. proprie notat *vocem diuinam*, responsum, quod dedit oraculum consulentibus. vid. Hom. Il. β, 41. Coluth. v. 313. cel. Schneider Anmerkk. pag. 95. Hesych. ὁμωη· φωνη θεια, κληδων θεια; deinde *vox dulcis*. 6, II.
- Ὅναρι i. e. ἐν ὑπνοῖς *per quietem*, *per somnum*. 44, I. Damnant Suid. et Thom. M. locutionem κατ' ὄναρ, et ὄναρ seu ὑπαρ tantum dicendum esse contendunt. Sed non animaduertunt, ὄναρ et κατ' ὄναρ differere, ita, vt illud notet *per quietem*, hoc *somnii monitu*. vid. quoque Oudendorp ad Thom. M. pag. 650.
- Ὅνειρον, ὄ, το. somnium. 12, 8. vbi κ. ὄν. bene coniungi potest cum βαθ. sic fere dulciss. Hoeltii: Röschen war sein Taggedanke war *sein Traum*; et elegantissimus Goekingk (Voss. Alm. 1777. pag. 32.) Du warest mein Gedank am Tage, Du warest iede Nacht *mein Traum*.

- Ὀνειρος, 8, ὄ. fomnium. 3, 9. de superstitiosa vett. erga fomnia religione copiosus est Ill. Harles ad Anthol. gr. pag. 132. et Schwebel ad Mosch. 2, 5. de interpretat. h. v. grammat. conf. Ammon. pag. 139. et Valckenaer animadd. pag. 217 sq.
- Ὀξύς, εἶα, υ. 7, 4. h. l. rapidus, vehemens, reiffend. Exquisitum epitheton torrentis. Laudat cel. Fischer Graeu. ad Hesiod. Opp. 414. Nimirum, quidquid vehemens est et acre, quidquid penetrat et vehementer laedit, id omnino vocatur ὄξυ. Hes. ὄξυς· ταχύς. Sic Virg. Aen. 2, 305. *rapidus montano flumine torrens.*
- Ὀπλη, ης, ἦ. vngula. 2, 2. proprium equorum aliorumque quadrupedum. Hes. ὄπλη· ὄνυξ κτηνῶς. vid. quoque Pollux lib. 1. pag. 122 sq. ed. Hemsterhus.
- Ὀπλιζω sc. ἑμαυτον armare se, arma capessere, sich wafnen. 26, 7. vt 1 Petr. 4, 1. Actiua enim per se vim medii non habent, sed intelligendum pronomen reciprocum, quod *Wolle* in libr. aureo de V. M. passim docet.
- Ὀποια, sicut, 29, 18. vt οἶα 28, 24.
- Ὀπωρα, ας, ἦ. vna, quae auēt. Hesych. propria est h. v. significatio, ὀπωρα· θέρως, καὶ τὸ μετοπωρον. Κυρίως δέ, ἢ σαφυλή.



49, 8. οἶνος ὄπ'. πεπεδημ. est vinum cuius  
inclusum.

Ὅπως, quomodo, quemadmodum. Ducitur  
a πως, vt vim relatiuam accipiat, eodem  
modo vt ὅποτε a ποτε etc. Propterea quo-  
que adhibetur in comparationibus et re-  
spondet partic. ἕτως aut τροπον siue positis  
siue intellectis. 14, 9. ὅπως Ἄχ. so wie  
Achill. Eleganter de hac part. differit  
duce Hoogeu. cel. Zeune ad Vig. pag.  
421 sqq.

Ὀρεστης, 8. 31, 6. Orestes, Agamemnonis  
regis Mycenarum et Clytemnestrae filius,  
patris sui mortem exsequens cum amicissi-  
mo Pylade noctu Aegysthum et adulteram  
matrem occidit. Sed bonus Orestes exa-  
gitabatur tam furiis quam spectris occisae  
matris facibus armatae ac incinctae colu-  
bris, donec adiit terram Tauricam, inde-  
que de templo signum Dianae Argos attu-  
lit, ex quo tempore finis fieret malorum.  
conf. Hygin. fab. 119. 120. ibique *Staue-  
ren*. Fabulam ipsam vberius persequutus  
est Euripides in *Oreste*.

Ὀρμαθυς, 8, ὄ. proprie est corona e cepis  
similibusque rebus contexta; sic v. gr. de  
vespertilionibus serie catenata pendentibus  
Hom. Od. ω, 8. vbi v. *Clark*. deinde dici-  
tur

tur de numero et multitudine cuiusvis rei magna et continente 32, II. ὄρμαθος· χορος, στιχος.

Ἵουτιπυ, neutiquam. 23, 6.

Ἵοχευς, εως, ὄ. vectis, obex, Riegel. 3, 7. ὄχνας (ion.) θυρ. eleganter et docte pro simpl. θυρας. vid. quae obseruauit in libello: *über die Philosoph. d. A.* pag. 38.

Ἵοχθη, ης, ἡ. ripa. 13, 5. de Clario fonte, vt vitaret poeta ambiguitatem. Ἵοχθη hic tribuitur fonti, quod rarius est. vid. Faber ad h. l. et Oudendorp ad Thom. M. p. 667. Hes. ὄχθη· χειλος ποταμυ sic et Ammon.

Ἵοχθος· ὄχθοι, ων. 20, 2. sunt montes, colles. Ammon. pag. 108. Valcken. ὄχθοι εἰσι ποταμων χελη· ὄχθοι ἐπαρματα γης. Hesych. ὄχθοι· αἱ τραχειαι (malim οἱ τραχεις) και δυσβατοι τοποι, και αἱ ἐξοχαι των πετρων. (Sic quoque Suidas.) Forte melius per transpositionem sic legitur: αἱ τραχ. ἐξ. των πετρων, και δυσβ. τοποι, De re vid. Ouid. metam. 6, 311. Hygin. fab. pag. 33. Stauer. ibique interpret. Senec. Agamem. v. 173. Haud dubie poeta ad fabulam, Nioben in monte Sipylo lapideam esse factam, adlusit.

## Π.

Παιζω, ludere, 41, 23. 11, 10. proprie de ludis puerorum, deinde de ludis et iocis amantium vsurpatur, vt Lat. *ludere*. τα τερπνα (poet. pro τερπνωσ vt Mosch. 1, 11. αἴγρια παισδει) παιζειν *iucunde ludere*, fröhlich scherzen. Ceterum ibid. v. 9. ante μαλλον suppl. τοσχω et post ὄσω μαλλον *quanto propior* (ei fit) vti quoque Latini loqui solent.

Παισ Πανδιονος 20, 4. est Procne vulgo in hirundinem conuersa. Veteres auctores mire dissentiunt in hac fabula. vid. Hygin. fab. 45, p. 109. ibique Munker et Stauer.

Παλαμη, ησ, ἡ. palma, hohle Hand. 3, 20.

Πανοπλια, ας, ἡ. armatura, Waffenrüstung. 17, 3. comprehenditur hoc voc. vniuersus armorum adparatus, *lorica, clypeus, galea*. conf. Ael. V. H. 3, 24. Optime Schol. Aristoph. Doruill. ad Plut. 952. πανοπλια ἡ των ὀπλων παντων διασκευη.

Παντορεκτης, (dor. ας) 8, ὁ. 10, 11. Alberti ad Hesych. Tom. II. pag. 183. h. l. minus bene exponendum iubet *omnia efficiens*; melius, puto, reddideris *insatiabilis*, aut cum interpr. Lips. *dem alles gelüftet*, omnia adpetens. Obscure cl. Borhoek in Vorles. Gleimium sequutus *der mich äspert*.

Πα.

Παπυρος, 8, 6, 7. *Papyrus*, frutex Aegyptiacus. 4, 5. nascitur teste Plin. H. N. l. 13. pag. 690. ed. Hard. in palustribus Aegypti aut quiescentibus Nili aquis, ubi euagatae stagnant. vid. quoque Theophr. hist. plantt. 4, 9. Winkelmanns Herculan. Entdeckung. pag. 65. Dorville vann. crit. pag. 243. et Munker ad Fulgent. pag. 612. ed. Stauer.

Παρεα cum *dat.* ad, prope. 22, 5. pro ἐν apud, in. 45, 2. cum *adcuſat.* ad, pone. 22, 1.

Παρεία ὄλη 28, 10. gena plenior, quam nulla macies obsidet, sic nos *eine volle Wange*. Alii *integram malam* intelligunt, quod non placet. Prior interpretatio poetae h. l. magis conueniens.

Παρερχομαι· παρελθειν transire, i. e. *vincere, antecellere, superare*. 29, 28. ducta metaphora a cursoribus, qui antegressos praetereunt. Hesych. παρερχεται· ὑπερβαλλεται, Suid. ὑπερβαλλει. Sic quoque Latin. *praeterire* occurrit e. gr. Ouid. Pont. 2, 2, 73.

Παρεχω, dare, adferre, tribuere. 23, 2. Hes. παρεσχεν· ἔδωκεν. παρεχει. διδωσι.

Παρθηιοι, ων. Parthi, nomen gentis Asiae i. q. Persae. 54, 3. λεγονται και Παρθηιοι και

- και Παρθυαιοι vid. Holsten. castigatt. ad Steph. de vrbb. pag. 244.
- Πας· τοδε παν 29, 25. idem notat, quod alibi το όλον, scil. κατα, denique, omnino, kurz.
- Παταγος, ς, ό. proprie *strepitus*, Geräusch, Hes. et Suid. expl. ψοφος, κτυπος. At 56, 8. rixas potatorum significat, quibus in primis Scythae nobiles erant.
- Πατασσω 1) *complodere*, zusammenschlagen. 40, 4. de puerulo ab apicula punito et digitulos complodente. Suavis et viuida imago ex ipsa natura expressa. 2) *percutere* caedere, verwunden, schlagen. 67, 27. de apro Adonidem percutiente.
- Πατεομαι, sperni, contemni. 46, 8. Suid. πατησας· καταφρονησας.
- Πατεω, conculcare, 26, 6. π. α. θ. conculco omnia mente, i. e. *omnia suspicio, contemno*. Docte et adposite potoris ingenium exprimit. 2) πατηντες 17, 18. *uuarum calcatores*, torculatores, alias ληνοβαται dicti. De Baccho, Cupidine et Bathylo in caelato poculo fictis. Suauissima idea et vere Anacreontica.
- Παφια, ας, *Paphia*, Venus, sic dicta a Papho, vrbe Cypri, vbi dea sanctissime colebatur. 29, 37. h. l. verecunde de  
libi-

- libidine*, vt saepe Latin. *Venus*, e. g. Tibull. 2, 1, 12.
- Πεζος, 8, ὄ. copiae pedestres, peditatus, Fußsvolk. 16, 5.
- Πειθω, οος, 85. ἡ. proprie dea *Suada*. 22, 6. πηγ. Πειθ. ein beredter Quell. Docte et audacter poeta fonti tribuit vim persuadendi ac eloquentiam. Exquisite et viuide! fontes enim riuique murmurantes inuitare quasi videntur praetereuntes ad recumbendum. Sic fere Horat. 3, 13, 15. *loquaces lymphae*. De dea Pitho vid. et Stauer. ad Fulgent. pag. 646.
- Πειθω, act. persuadere alteri, überreden. 51, 20. 14, 2. med. πειθομαι ibid. 4. persuaderi mihi patior i. e. *pareo*, morem gero. vid. maxime Küster et Wolle de Verb. med. pag. 28. 307.
- Πειραν ποιειν 52, 11, quamuis cum Hes. et et Suid. fere omnes viri docti reddiderint *periculum facere*, ita vt ibi πειραν ποιειν dicatur is, qui rosam contrectat, et, vbi ei nares admouerit, abeat; malim tamen cum Salmasio, quem Brunck ad h. l. laudat, interpretari *iter facere*. Gratus est, inquit poeta, rosarum aspectus illi, qui viam facit per spineta et loca sentibus oblita. Viae enim asperitatem et morositatem

tatem mulcet adſpectus roſarum, quae in illis ſpinetis proueniunt, et hoc habet iucundum laboris ſolatium. Haec ſignificatio egregie firmatur auctoritate Schol. ad Sophocl. Aiac. v. 290. *πειραν πορειαν, οδον.*

Πελεια, ας. ή. proprie *columba*, *agrestis*, *pulla*, iunge Waldtaube, deinde omnino *columba*; poetae enim res ſingulas proueniens ponere ſolent. 9, 1. ſacra fuit columba Veneri vid. Fulgent. pag. 670. ed. Stauer. Heſych. *πελειαί περισεραι.*

Πεπλος et πεπλον, 8. το. veſtis muliebris exterior, eaque longa. 28, 30. Heſych. *πεπλον ή πεπλος ιματιον ή ενδομα γυναικειον.* De hac veſte vid. cel. Schneider Anmerk. pag. 234. Spanhem. ad Call. H. in Pall. v. 70. et Klotz über den Nutzen und Gebr. pag. 86. 87. Winkelmann deſcript. des pierres grav. pag. 150. n. 845.

Πεπρακε vid. *πιπρασκω.*

Πεπρωται v. *περατοομαι.*

Πεπωκως v. *πινω.*

Περατοομαι, fatiſtini. 23, 10. verbum in fatiſtini proprium apud Homer. ſaepius occurrens. conf. Ill. Harles doctiſſima commentat. *de fato et Ioue Hom.* in

M

opus.

- opus. var. argum. pag. 425 sq. Hesych.  
 πεπρωμενον· μεμωραμενον, quod haud du-  
 bie liberariorum ignorantia finxit pro  
 μεμοιραμενον.
- Περαω, tranare, durchschiffen. 35, 5.
- Περι cum datiuo *circum*, *in*, *an*. 44, 4.
- Πεταμαι, 2, 6. vbi infinit. omisso articulo  
 nominis vim habet et *volandi facultatem*  
 exprimit. vid. L. Bos animaduers. pag. 79.  
*volare*, 9, 2 de columba et 40, 6. de  
 puerulo ab apicula puncto modo currendo  
 modo volando ad matrem properante. Vi-  
 uida et suavis imago, quam non verbis  
 descriptam legere sed in tabula quasi ex-  
 pressam intueri et admirari videamur.  
 cet. Th. M. pag. 711. et Moer. pag. 311.  
 h. v. e finibus Atticis exulare iubent.
- Πηγη, ης, ή. fons, Quell. 22, 6.
- Πιθος, 8, ό. dolium. 51, 9.
- Πινω, bibere 19, 1. audacter et docte de  
 terra conf. L. Bos l. l. pag. 79. part.  
 praet. πεπωκως, *bibens*. 43, 3.
- Πιπρασκω, vendere. 9, 11.
- Πλακεντα v. εμπλεκομαι.
- Πλαναω, decipere alterum. med. πλανωμαι,  
 ipse me decipio i. e. *erro*. 3, 13. 25, 6.
- Πλειαδες, ων, αι. Vergiliae, (signum ante  
 genua Tauri, quod ortu suo primae na-  
 uiga-



- uigationis tempus ostendit Seru. ad Virg. Georg. 1, 138.) 17, 10. conf. quoque Hygin. C. 192. pag. 318. ed. Stauer. ibique interprett.
- Πλεκω, fingere, construere, bauen. 33, 3. proprie de hirundine, sed facete et metaph. de Cupidine in pectore poetae nidum construente. Hesych. πλεκει· μηχαναται.
- Πλοκαμος· πλοκαμοι sunt proprie *crines*, quatenus impliciti sunt et innexi vittis et mitellis. 29, 7. deinde in genere *capilli*, *crines*. vid. Salmas. de coma pag. 560 et cel. Fischer ad n. 1.
- Πνεω, spirare 9, 5. de columba unguentis spirante. Sic nos: *Wohlgerüche hauchen*.
- Ποδωκια, ας, η̄. (ion. κρη) pedum perniciousitas, Schnellfüßigkeit. 2, 3.
- Ποθεω, i. q. θελω, φιλεω delectari, placere. 42, 1.
- Ποιεω, facere, bilden. 17, 2. et saepius verb. in artis operibus fingendis conuetum.
